

1. Alberti J. Valent: / diff. de  
munificentia Divina in  
N. T. Lipsie, 1668.
2. Arcularij J. Dan: / diff. sistens  
theses theologicae de Quæstiō-  
nibus aliquot controversis,  
Marburgi, 1695.
3. Hunnius J. Agid: proposi-  
tiones theologicae de eter-  
na predestinatione filiorum  
rum Dei ad salutem,  
Francofurti, 1594.



99 A 6909

**COMMONEFACTIO**

de

**ARTICVL O ELECTIO-**  
NIS SEV PRÆDESTINATIO-  
NIS AD VITAM AETERNA M;

in qua

- I. Causæ electionis exponuntur, & modus arg-  
us ejus adversus Calvinianos monstratur.
- II. Disceptatur Controversia nuper inter claris-  
simos viros Dn. Theologos VVittenbergen-  
ses & D. Samuelem Huberum orta.

instituta

*Ad Scholasticam juventutem Lubecensem*

ab

**OTHONE GUALTPERIO D.**  
Scholæ istius Rectore.**L V B E C A**In Officina Typographica hæredum Assyveri  
Crôgeri, Anno M. D. X C VI,



MAGNIFICIS. AMPLIS. PRV-  
DENTISS. PIETATE, IUSTITIA, VIRTU-  
TE, ORNATISSIMIS VIRIS, D. D. CONSVLIBVS, ET  
*reliquis Senatoribus, inclutarum Rerumpub. HAMBUR-*  
*GENSIS & LUNÆBURGENSIS, Dominis*  
*& fautoribus suis summissè colendis.*



IRUM EST DIABOLI ARTIFICIVM,  
Magnifici atq; amplissimi viri, quod cum  
superioribus temporibus nobile istud fi-  
dei nostræ caput de Electione seu Prædesti-  
natione filiorum Dei ad vitam æternam,  
per Sectatores Calvinianos, non velitario  
sanè modo, sed magno cum impetu oppu-  
gnasset, expugnare tamen non posset: nunc ex altero latere  
per D. Samuelem Huberum idem convellere & labefactare  
nitatur. Hærent illi in absoluto quodam & occulto DEI  
decreto, cuius vi & necessitate, ex universo hominum gene-  
re, paucos duntaxat ad vitam & salutem æternam, nudè &  
simpliciter, sine intuitu ullius alterius caussæ electos, reliquos  
verò omnes similiter absolutè & simpliciter rejectos atque  
damnatos esse contendunt. Et illis deinde, qui ita nudè se-  
parati, & quasi in tabulas Parcarum consignati sint, adaptant  
passionem & meritum filii DEI, ut pro his solis dicatur esse  
passus & mortuus. Reliquos verò pretiosam pretiosi sanguini-  
nis Christi effusionem, nihil attinere ajunt, sed eos in execu-  
tione æterni istius decreti, damnari respectu peccati volunt,  
ad quod tamen DEVS æterna sua prædestinatione eos ordi-  
narit, & in tempore quoque efficaciter excitet atq; impellat.  
Huberus ad alterum extremum digrediens, hæret in contem-  
platione electionis ejusmodi, qua DEVS pater, ratione de-  
creti, in voluntate antegressa tantum intueatur Filium ejusq;  
meritum, & in hoc universum genus humanum, omniaque  
ejus individua ad vitam æternam eligat, hæredesq; regni cœ-  
lestis scribat: sic ut in hoc censu æquè sint & dicantur electi,

qui sunt extra Ecclesiam atque qui sunt in Ecclesia. Mediorum verò & τάξεως seu ordinationis mediorum, qua fides in cordibus hominum acceditur, & qua Christus cum suo merito, inque eo gratia eligentis apprehenditur, in universali hac electione, nullum esse respectum dicit. Quandoquidem vero Calvinianorum dogma dudum expolsum & confutatum satis est: nunc autem conatu magno suum defensare, & imperitae juventuti, sicut & plebeculae indoctæ, obtrudere incipit Huber: ipsa requirit necessitas, ut de eo juventus maturè, diligenter, accurateq; moneatur, quæq; Ecclesiarum nostrarum in hoc fidei capite confessio sit, fideliter erudiatur. Cum igitur viderem, Huberum in chartis nuper editis, vestrarum & nostræ Rerum publ. inclutarum, mentionem facere, & nescio de quo consensu inter Ecclesias nostras & ipsum haud obscurè gloriari: scrupulum hunc omnino juventuti Scholasticæ eximendum esse duxi. Novit enim ipse Huberus, quo vultu, quaq; fronte in oris hisce sit exceptus: quamq; planè nullum opinioni suæ falsæ invenire potuerit patrocinium. Quia igitur, ampliss. viri, in vestris Rebus publ. laudatissimis, eadem doctrinæ vox sonat, quæ in nostra, Scholarumq; vestrarum cum nostra pulcerimus viget consensus: brevem hanc commonefactionem de eodem fidei capite nuper ad Scholasticam juventutem institutam, vestræ quoque juventuti communem esse, eoq; nomine Magnificentiae atque amplitudini vestræ inscribere ac dicare volui. Summissè autem & ea qua par est, observantia rogo, ut qualemcunq; hanc dissertatiunculam æquo animo suscipiatis meq; vobis cum omnibus officiis, quæ à tenuitate mea profici possunt, commendatum esse patiamini. Lubecæ Id. Iulii, Anni æræ Christianæ 1596.

*Magnif. & Amplitud. V.  
observantiss. atq; obsequentiss.*

O Tho GUALTERIUS, D.

# ORATIO.

VAM TRISTIA, QVAM OVE PERI-  
culosa sint futura tempora, ulimum liberationis nostræ  
diem proximè antecedentia, andis. clariss. arg. hm-  
maniss. gravissima cum ab Apostolis tum ab ipso Sal-  
vatore nostro habita conciones docent. Seu enim  
vitam externam & politicam spectemus, seu Christianam illam, qua  
conscientia, pietatis & fidei debebat haberi ratio, malorum erunt plena  
omnia. Testatur hoc vox Christi dicentis: Sicut accidit in die-  
bus Noë, ita erit in diebus filii hominis. Edebant, bibebant, uxores Luc. 17.  
ducebant & dabant nupium ad eum usq; diem, quo intravit Noë in Matth. 24.  
arcam, & venit diluvium & perdidit omnes. Consimiliuer etjans  
sicut accidit in diebus Lothi, edebant, bibebant, emedebant, vendebant,  
plantabant, edificabant: Ceterum, quo die exiit Lothus è Sodomis,  
pluit igni & sulphure de cælo & omnes perdidit. Secundum hac erit  
dies, quo filius hominis revelabitur. Et iterum: Audituri estis Matth. 24.  
bella & rumores bellorum, videte ne turbemini. Consurget enim gens  
contra gentem & regnum contra regnum. Et erunt pestilentia & fa-  
mæ & terræ motus singulis locis: & offendiculum patientur multi,  
& alius alium invicem tradent, seq; odio habebunt invicem: &  
multi pseudoprophetæ surgent ac seducunt multos: & quoniam ab-  
undabit iniquitas, refrigerescet charitas multorum: qui autem perseve-  
raverit usq; in finem hic salvis erit. Suffragatur Christo Petrus: ve- 2. Petr. 3.  
nient, inquiens, in extremis diebus illusores, qui juxta proprias con-  
cupiscentias ambulent & dicant, ubi est pollicitatio adventus ejus? si-  
quidem & quo die patres obdormierunt, sic omnia permanent ab ini-  
tio creationis.

Quibus sanè securitas maxima, charitas nulla, fides per quam  
exigua perversissimi simul aig; exulceratissimi seculi significatur. Cur  
igitur non jure exclamat dulcissimus, Salvator noster: Filius hominis Matth. 18.  
ubi venerit, putasne illum repensurum fidem in terra? O tempora ô  
mores! Verum enim vero, sit magna in hominum cordibus securitas,  
refrigescat charitas, crescant odia, dominetur iniquitia, florent im-

pij & palmam ubique obtineant: illud cum primis dolendum, & profecto dolendum est, quod tam muli oberratur: sunt pseudoprophetæ, doctores falsi, qui teneras piorum conscientias invadant, doctrinam inficiant adulterina, scopum eis intervertant & à salutis tramine ad precipitium æternæ damnationis abducant. Hi sunt illi, à quibus ut caveremus nobis diligenter & sedulo, Christus aliquoties tam sollicitè fideles suos est cohortatus. Hi sunt, quorum studio & opera Spiritus ille mendax in disseminandis heresibus uitetur: hi sunt, qui fundamentum fidei labefactant & eò unicè rendunt, ut si fieri possit secundum Salvatoris pronunciatum etiam electos in errores inducerent. Nolo jam verba facere de iis, qui extra Ecclesiam infinitas religiose pietatis & cultus divini opiniones alunt, subindeque novas comminiscuntur θελοθεστιæ: nec etiam de illis dicamus Schismatice, qui ab Apostolorum tempore in varia impegerunt fidem Christianæ capta, ideoque ab Epiphanio & August. ad Quodvult. in justos relati sunt catalogos: omittam lernam illam superstitionarum ceremoniarum & dogmatum perniciofissimorum, qua superioribus in papatu viguerunt temporibus: illud tanum in memoriam vobis revocare satago, audit. mecum ut cogiteis, quo & quanta opinionum sententiæ diversitates, paucis abhinc annis in media filii D E I existerint Ecclesia: in illa inquam Ecclesia, in qua verbi divini lux per illustrem heroa & electum D E I organon Dn. Doct. Lutherum denuo accensa, doctrinæque Evangelica ex plus quam Cimmeriis tenebris eruta, & pristino suo nitoris restituta fuit. Nihil attinere puto, nomina fanaticorum illorum, qui vel à veritate descidere, vel nova crudere & fabricari dogmata conati sunt, vobis ut recensem: Sunt enim vestrum nonnullis quam mihi notiora. At vero nullus est finis.

Suscepimus quidem est labor pientissimus & conscriptus Concordialiber sanctissimus, eo fine & animo, ut & errores illi, qui paulatim in Ecclesiæ Augustanam Confessionem amplexas irrepissent, tollerentur, & futuris quoque quoad ejus fieri posset, occurreretur, omnibusque dissensionibus præcideretur ansa & occasio. Sed quid sit? Diabolus antiquum obtinens, illos ipsos, qui manus doctrina huic

hunc subscripterunt, ore eam profecti sunt, è suggestu & cathedris  
aliis inculcarunt, eò impellit, ut nescio quo furore correpti, serga  
vertant, nova excogitent, falsa & spargere & defensare incipient,  
adeoq; calatum in proprios fratres malitiosè stringant. Horum  
in numerum si inter recentiores alios etiam D. Samuelem Huberum  
reposuero, fortasse vestro & meo iudicio haud reposuero immerito.  
Quanquam enim honori hujus viri, ipso aliquando amicissimi  
mibi, perlibenter parcerem: quia tamen juventutis interest ma-  
xime, dogma ipsius novum in Ecclesia DEI nuper disseminatum  
examinari, exanimatum dijudicari & ad lydium verbi divini  
lapidem probari: probatum vel commendari vel repudiari: ego  
quog; meo loco, Scholasticae juventuti prefectus, officio deesse nolui,  
quin potius operam dare constitui, ut quæ in sublimi illo præ-  
destinationis negotio uiring; disputaniur, quanta potest fieri perspi-  
cuitate atq; diligentia proponam, gregemq; mibi commissum de eo di-  
ligenter commonefaciam.

Est sane articulus hic Electionis, de quo inter Dominos Theo-  
logos VVitenbergenses & Doctorem Huberum controversia est, ita  
comparatus, ut nisi in eo regiam sequamur viam, paululumve vel  
ad levam vel ad dextram deflectamus, negotio nullo, immo salutis  
perfacili in precipitum feramur periculosisimum. Ab altera  
enim parte fugiendum absoluimus & stoicum Calvinianorum de-  
creum: ab altera declinandum, hoc ipsum quod ab Hubero asse-  
ritur & contra manifestissima Sacrae Scripturae testimonia propugna-  
tur dogma.

Ut igitur cum emolumentuo aliquo juventutis nostræ de ele-  
ctione & prædestinatione hominum ad vitam & salutem aeternam,  
quemadmodum in literis divinis ea describiunt, agamus: primò  
paulo altius repetemus causas huius electionis & modum usumq;  
ejus considerabimus: deinde quid propriè in controvrsiam inter  
partem uiramq; veniat, & quomodo lis illa ex DEI verbo diri-  
menda, dispiciemus.

Vestrar

Vestras humanitates peramanter etiam arg, etiam oro, ut qua ante  
 bac usi estis benevolentia arg, attentione, etiam hac erga me vice uti  
 ne dignemini. Trita sane arg, recepta in Scholis sententia est,  
 easdem esse electionis arg, justificationis causas. Quam verissimam  
 esse intelligunt illi, qui utrumq, hunc fidei articulum probè inter se  
 conferre didicerunt. Quomodo enim & ordine Deus salvare homines  
 ab aeterno constituit, eo ipso modo & ordine in justificatione seu beatifi-  
 catione hominis, ut vox sonat Apostoli, utitur. Quare, quicquid ab ae-  
 terno, predestinatione sua in fæse proposuit Deus, id nunc per justifica-  
 tionem & beatificationem nostri in nobis exequitur. Vnde respectus mun-  
 tuus isq, pulcherrimus inter hac duo fidei capita efflorescit. Neq, enim  
 cogitandum, Deum aliter justificare aut salvare hominem velle, quam  
 ab aeterno illum salvare constituerit: nec contra ab aeterno hominem  
 salvare constituisse, quam nunc in tempore eum justificet & salvet.  
Quæ causa est, quamobrem D. Apostolus in luculentissima illa ad  
 Romanos perscripta epistola non dubitarit, ad probandam gratuitam  
 hominis justificationem, argumentum ab electione sumere: hoc ipso vi-  
 delicet innuens, indissolubilem quasi nexum & vinculum arctissimum  
 inter electionem & justificationem hominis intercedere. Etenim, si elec-  
 tio gratuita est & ex mera Dei misericordia nobis obtingit, nihilq,  
 prorsus cum merito operum nostrorum habet commercii, qui non &  
 justificatio nostri merè foret gratuita? & retrovicissim, si justificatio  
 gratuita est, qui posset in Electione & aeterno illo salvationis proposito  
 aliud preter gratuum istum Dei favorem queri aut considerari?  
Quocirca, ut in justificationis negotio, omnes Orthodoxi, primam  
 causam assignant gratiam Dei, qua non in homine aliquid inveniat  
 aut respiciat Deus, ob quod in numerum filiorum suorum eum adop-  
 tet: ita quoq, in Electione, misericordiam & gratiam Dei omnis salu-  
 tis fontem & saturiginem esse extra controversiam est.

Et est sane gratia illa respectu Dei, non particularis sed verè  
 universalis. Hinc enim est, quod universum diligit mundum,  
 ejusq, salutem unicè sicut, expedit, desiderat. Hinc est, quod filium  
 uniuerso mundo, ejusq, meritum omnibus offert: hinc est, quod  
 Evangelium mandat per universum terrarum orbem predicari, in  
 quo plenissimè gratiam hanc suam omnibus omnino hominibus aperie  
 & resignat.

¶ resignat. Testantur hoc abundè promissiones universales, quorum numerus in scripturis est maximus. Vivo ego inquit Dominus, nolo mortem impii, sed ut convertatur & vivat impius: & quare moriemini domus Israël? nolo mortem morientis dicit Dominus Deus, revertimini & vivite. Convertimini, inquit apud Esaiam & 18. Iehova, ad me & salvi eritis omnes fines terræ. Item, Annunciat Deus hominibus, ut omnes ubique resplicant. Et rursum: Sap. 11. Es 45. Tu misereris omnium quia omnia potes & dissimulus peccata hominum propter pœnitentiam. Diligit enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Et Christus: Venite ad me omnes, inquit, qui laboratis & onerati estis: ego reficiam vos. Et Petrus: Non vult Deus ut nullus pereat, sed omnes ad pœnitentiam recipiantur: Et Paulus: Conclusit Deus omnes sub incredulitatem, ut omnium misereatur: & rursum: Deus vult homines salvos fieri & ad agnitionem veritatis pervenire. Nego, enim Deus filium suum misit in hunc mundum ut judicet vel condemnnet mundum sed ut salvetur mundus per eum: Ceterus si quidem sermo est & omni acceptione dignus quod Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere. Quæ profectò Spiritus sancti testimonia ipso sole clarissim demonstrant, Dei voluntatem non esse, ut vel unus ex universo genere humano pereat sed omnes ad salutem & vitam eternam recipiantur. Nego, etiam Deus revelata huic sua & in verbo patefactæ voluntati aliam occultat contrariam, qua videlicet paucos duntaxat homines salvatos cupiat, & maximam hominum partem occulto quodam odio prosequatur, aut etiam oculio voluntatis absolutæ decreto ab hereditate regni cœlestis exclusam velit: quin potius disertè Scriptura tradit, Deum salutem hominum (& quidem omnium) adeo expetere sensi, ut ejam juramento interposito, salvi ut fiant omnes, Sacro sanctam suam esse voluntatem contestetur. Et qui quæso in Deo finge-remus voluntatem occultatæ, revelatae contrariam, cum ne in hominibus quidem coram Deo, quicquam tam abominandum sit argu lingua dolosa & cor duplex: nempe si labiis quidem benevolentiae significacionem aliquam præferat homo, interim tamen in pectore virus alatus, & cordis odium animique virulentiam malitiosè occulat. Blasphemia igitur Calvinianorum maxima est, qua Deum haud obscurè

B hypo-

Matth. 11.  
2. Pet. 2.

Rom. 11.  
1. Tim. 2.

hypocritice ejusmodi voluntatis insimulant, & verbis disertis palam contendunt, profueri quidem Deum in verbo suo, se omnium hominum salutem serio velle, sed tamen eundem Deum oculio quodam consilio tacitoque decreto quamplurimos ad exitum aeternum jam inde ab ultima aeternitate, voluntate liberrima, eaque absoluta, nulla habita fidei aut incredulitatis ratione rejecisse. Hac enim est bella videlicet ista ipsorum distinctio inter voluntatem signi & voluntatem beneplaciti. Voluntate signi ajunt, Deum ita suum explicare animum, quod cupiat & sitat omnium hominum salutem: qua de causa etiam omnes vocet, & juret insuper, se nullius hominis delestari ex illo atque interitu: & quidem hoc foris, blandè satis: Interim voluntate beneplaciti dicunt Deum aliud occultare decretum quo maximam generis humani partem absolute velie damnatam.. Ab ultima igitur aeternitate reprobos ad aeternam damnationem prædestinatos esse asserunt, nullam aliam ob causam, quam quod Deo in arcano suo consilio ita fuerit visum: eodemque reprobos demum in execuzione damnari respectu peccati, ad quod tamen ipsum Deus aeterna sua prædestinatione eos ordinavit, & in tempore quoque ad illud efficaciter excoit atque impellat. Quæ sane vox ab ipso mendacii Spiritu profecta est, sanguinarium, crudele, & detestabile decretum adferens, mendacitatem sacrosanctum Dei iurandum arguens, ejusque majestatem aeternam contumelia manifesta proscindens. Adhac testata reddit benignam Dei voluntatem & misericordiam, mors preiosa filii Dei. Nequaquam enim existimandum est, Christum pro paucis duntaxat passum aut mortuum esse, fructumque passionis sue ad paucos tantummodo redundare voluisse. Misit namque filium suum Deus universo generi humano, attestante hoc ipsum Salvatorem, Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum daret unigenitum, eumque ultimam pro peccatis totius mundi constitueret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed vitam habeat aeternam. Ecce agnus Dei, inquit Ioannes Baptista, qui tollit peccatum mundi. Et Ioannes Apostolus, 1. Canonica, 2. Hic est propiciatio pro peccatis nostris, inquit, non autem pro nostris tantum, videlicet credentium ad quos scribit, verum etiam totius mundi. Astipulatur Esaias propheta dicens, peccata omnium nostrorum super Messiam esse posita. Et Paulus, gratiam Dei salutiferam in filio Dei declaratam, omnibus hominibus illuxisse contestatur. Idem u-

Ioan. 1.

Ez. 53.

Tit. 2.

8400

num esse Deū affirmat, & unum mediatorem Christum Iesum, qui de- 1. Tim. 2.  
derit semel ipsum preium redēptionis pro omnibus. Inde sanè est quod  
Christus etiam pro his, qui pereunt, passus & mortuus esse scribitur. Sic  
enim Apost. Ro. 14. Ne cibo tuo perdas illum, pro quo Christus mortuus  
est. Et 1. Cor. 8. Sic peribit frater tuus in scientia tua, propter quem  
Christus mortuus est. Et Petrus de pseudoprophetis atq; falsis doctorib.  
loquens, ait inducere eos clam, sectas pernicioſas & abnegare Dominū,  
qui mercatus sit illos. Et rursum: Cum effugissent inquinamenta  
mundi per agnitionem Iesu Christi, his rursum implicati fuerunt, ut fi-  
ant eis extrema pejora primis. Sic Paulus Heb. 10. Voluntariè peccan-  
tes post accepitam agnitionem veritatis, sanguinem testamenti propheta-  
nent, in qua sunt sanctificati, & Spiritum gratie contumelia afficiunt.  
Quomodo vero reprobi isti sanctificari & virtute sanguinis Christi à pec-  
cato mundari potuissent (solus namq; & p̄x̄tio m̄os T̄s d̄ix̄t̄s in ss̄  
X̄is & aspersio sanguinis Christi emundat nos ab omni peccato, 1.  
Pet. 1. & 1. Ioan. Canonica 1.) nisi idem ille sanguis pro reprobis etiam  
& infidelibus in ara crucis fuisset fusus. Ex quo manifestum est  
& evidens, Christum etiam pro reprobis, & sic pro universo mundo  
passum & mortuum esse. Quare pernicioſa illorum opinio est, qui  
sanguinem filii Dei tantum pro electis fusum esse contendunt: re-  
probos vero & infideles, per absolutum quoddam Dei decretum, ab  
omni fructu passionis Christi, simpliciter & citra ullum infidelitatis  
sue respectum exclusos esse arbitranur. Qui enim, quaso, in re-  
probis & infidelibus vindicaret Deus contemptum filii sui, quo jure  
neglectum meriti ipsius, si absolute quodam decreto & simplici Dei vo-  
luntate ab omni nouvō vīce filii, ab omni commercio & consortio filii,  
à passionis & mortis ejus fructu penitissimè essent exclusi? Certè per-  
inde hoc foret, ac si quis duos pluresve mendicos ostium pulsantes acce-  
deret, uniq; eorum panem porrigeret, reliquos vero dimitteret inanes:  
& tamen interim hos ipatos deinde verberibus exciperet, objiciens, pa-  
nus illos accipere noluisse, cum non in accipiente sed in dante & porri-  
genie potissima resederit defectus cauſa. At inquis: Christus ipse af-  
firmat, ponere se animam pro amicis suis Ioan. 15. Non igitur pro mul-  
titudine universi generis humani promiscua. Responſio in promptu est,  
Christum Apostolo non esse contrarium, qui Rom. 5. disertis & perspicuis  
verbis testatur, Christum pro inimicis suis in mortem esse traditum.

2. Petr. 2.

B 2 Mori-

Moritur igitur Christus pro iis, qui inimici sunt naturā, amici  
verò facti ex gratia: sicut ibidem subjungit: *Vos amici mei estis, quia  
videlicet naturā fuistis inimici & filii irae.* Verum enim vero, diffi-  
cilior aliquantō videbitur objectio ista, quæ ex ardenti illa filii Dei  
ad patrem oratione Ioan. 17. petitur, ubi Salvator, non pro mundo,  
inquit, rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt. Si igitur  
certi quidam ex maximo hominum numero dati sunt Christo, & pro  
his ipse solis orat: utiqꝫ & pro illis solis, sanguis ejus videbitur fu-  
sus. Sed mementote, accipiendum esse locum istum de speciali qua-  
dam interpellatione, quæ propriè ad officium Pontificis Novi Testa-  
menti spectat: & qua partes officii Sacerdotalis peragere ac decla-  
rare voluit Salvator. Non igitur istud cogitandum, mundum à  
Christo etiam, absoluto quodam odio reprobatum, gratiā cuius pro eo  
orare hoc loco detrectet: Contrarium siquidem ex scriptura testimoniis  
liquidissimis suprà est demonstratum: sed ut speciali quadam  
dilectione & amore suos, hoc est, electos & à pare sibi datos comple-  
titur, ob id quod patientur se duci & regi verbo suo, credant in uni-  
genitum filium Dei, & consilium de mirando redemptionis opere &  
satisfactione pro peccatis, magnifaciant: ideo quoqꝫ hic patri sin-  
gularissimè eos commendat, reliquam verò impiorum turbam, fasti-  
dientem verbum Evangelii, & contemnentem ac repudiantem hosti-  
liter omne consilium Dei, negligit, inqꝫ sua impietate relinquit. A-  
liás verò, quod ad misericordem ejus voluntatem & immensam q̄u-  
ævægætice attinet, eijam pro juratissimis in cruce orat & inter-  
cedit hostibus, Pater, inquiens, remitte illis, quia nesciunt quid fa-  
ciant. His igitur Christi verbis explicatur justissima pœna ingra-  
titudinis & contemptus, quo mundus Christum & Evangelium  
ipsius solet excipere. Proinde causa desertionis hujus, non penes  
Christum Sacerdotem & interpellatorem nostrum apud Deum, sed  
penes ipsos impios est & incredulos.

Hi enim semetipsoſ propria culpa defraudant participatione &  
perfruitione gratioſe illius & singularissimæ apud Deum patrem in-  
terpellationis. At pergis: Si totum redemptionis munus commune  
est impiis cum piis, utiqꝫ & à Sacerdotali Christi officio impii non  
poterunt excludi. Respondeo breviter: duo in Christi officio probè  
esse

2.

3.

esse consideranda, nempe primò, acquisitionem meriti: secundò,  
eiusdem meriti applicationem. Prius universo mundo est com-  
mune, & ad totum mundum, ut ante quoq; dictum, periuiner: alie-  
rum verò, quia necessariò requirit fidem, sine qua, uiuere instrumento  
apprehendente, applicatio meriti fieri nequit, ad solos merito referen-  
dum fuerit electos. Porrò accedit, quod Scriptura sacra, meritum  
hoc filii per passionem & mortem ejus acquisitum, universo proponit  
mundo. Ex quo indubitate colligimus, Christum verè pro omnibus  
esse passum, & fructum quoq; passionis ejus omnibus expositum.  
Etenim quo prætextu, quæso, Deus per vocem & ministerium Evan-  
gelii meritum illud exponeret universis, nisi universos quoq; ad ejus  
perfruitionem velite adductos. Audiamus infallibilia hac de re  
Spiritus sancti testimonia. Marc. & Matth. ulimis: Data est  
mihi omnis potestas, inquit filius Dei in cælo & in terra: Ite ergo  
in mundum universum & prædicate Evangelium omni creatura: do-  
cete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spi-  
ritus sancti, docentes eos servare omnia, quæcumq; præcepi vobis. Vbi  
sanè generalissima creatura voce dulcissimus Salvator, & cor & ve-  
luntatem suam plenissimè nobis aperit: mandare nempe se, ut discipuli  
& servi ipsius charissimi, non paucis in orbe hominibus, sed omnibus  
omnino ex aequo salutiferam Dei gratiam, per opus redemptionis par-  
iam, in verbo Evangelii annuncient, offerant, declarant, exponant.  
Et cur quæso adversarii, Evangelii vocem ad paucos duntaxat ve-  
lint restrictam, cum ipse Iehova apud Prophetam adversus populum  
inobedientem clamans, palam testetur: Toto die expandi manus  
meas ad populum non credentem sed contradicentem. Et Christus  
Salvator: Quoties volui, inquit, Congregare filios tuos, quemad-  
modum gallina congregat pullos suos sub alas & noluisti. Idem pro-  
fusis lachrymis deplorat populi Iudaici temporalem simul & eternum  
interitum Luc.17. Quas sane lachrymas fictas dicere, prophani &  
impii cordis sic necesse est. Quid? quod Deus adeò non delectatur  
etiam hominum improborum exitio atq; interitu, ut insuper roget  
& oret nos per servos suos ut secum reconciliemur, 2. Cor. 5. qui nimo  
irascitur vehementer iis, qui vocati ad nuptias filii sui, seu ad cœnam  
magnam divinæ gratiæ sua, ex mero contemptu atq; impietate venire

B 3 recusant.

Corol.

& batio.

Ec. 65.



recusante. Adde, quod gratiam hanc suam Deus non in solo verbo annunciarī & offerri universo mundo velit, sed etiam sigilla sacra sancta adjungat, tanquam indubitate voluntatis gratiose signa atque testimonia. Et ita in cœtu vocatorum omnes omnino sacrosancto Cœne Dominica sacramento vult uti, eoque cum Christo coalescere & virtute pretiosi corporis ac sanguinis ejus ad vitam aeternam pasci.

Ex quibus omnibus commemoratis pater liquidissimè vocacionem, quæ per ministerium sit verbi, verè esse universalem: universalem verò non ita, ut ad quosdam tantum, b. e. electos sit seria, ad reliquos verò b. e. infideles & reprobos simulata. Etenim cum Deus omnis concorditer & simulationis perverse, summus sit osor & vindex, nequam licebit ex proprio rationis humanae arbitrio tale quid de Deo statuere, mulio verò minus verbis aperiens hypocriticam in Deo vel voluntatem vel simulationem querere aut asseverare.

Demonstratum igitur est hactenus, primam electionis seu predestinationis causam, esse misericordiam, gratiam & benignantem divinam: eamq; non particularem aut restrictam, sed ad omnes omnino homines ex equo se extendentem. Et sanè si in hoc arduo electionis negotio gratia hæc Dei, causa esset òlénii, totalis, sola & unica, nec prater eam causæ electionis concurrerent plures, quæ gratiam illam facerent restrictiorem, satem libenter, consecuturum infallsibiliter, ut quemadmodum gratia illa est & dicitur verè universalis, sis & electio sive predestinatione dicenda foret universalis. Iam verò scriptura sacra, ut in justificatione, sic & in hoc, in quo modo versamur, electionis capite, secundam monstrat salutis causam, nempe Christus ejusq; meritum. Cum enim initio lapsus esset homo & per eundem lapsum, imaginem Dei, ad quam erat conditus, amisisset locoq; justicie, pietatis, sanitatis, caterarumq; virtutum pulcherrimarum, in justitiam, impietatem, iniquitatem, universamq; malitia colluviem aqua instar hausisset, sic ut, qui ante Deo ejusq; sacra sancta voluntati conformis esset, modo deformis & abominandus in conspectu ejusdem reddeatur: fieri aliter non potuit, quin pro invariabili sua justitia Deus hominem peccatorem aeternis destinaret crucianib; ac poenis. Ratione igitur justitiae divine, nulla hic electio ad salutem, nulla predestinatione ad

ad vitam invenire locum potuit. Sed enim, quia idem Deus non solum  
justus verum etiam misericors est, ob eandemque misericordiam suam  
genus humanum lapsum, restauratum libenter, aeternumque salvum  
cupiebat: ideo mirabile temperamentum justitiae & misericordie di-  
vina inventum, preiumque redemptionis, tanquam lumen pro pecca-  
tis sufficientissimum, a filio Dei est interpositum. Hoc factum, ut ple-  
nissime irae & justitiae divinae satis fieret, & ita Deus aeterno quodam  
suo jure in misericordia justus & in justitia misericors inveniretur.  
Electio igitur extra Christum nec sit nec facta est unquam: ideoque ex-  
tra Christum a nobis etiam considerari nunquam debet. Eisi enim pau-  
lo ante a mera Dei misericordia originem ejus, ac proinde respectu no-  
stri, omnino gratuitam esse ostensum est, nihilominus tamen hanc ipsam  
Dei misericordiam secunda hac electionis causa nempe Christi satis-  
factione & merito determinari inge, eo fundari cogitandum fuerit. E-  
vadit hoc manifestissimum ex Apostoli testimonitis ad Ecclesiam Ephesi-  
nam & alias hunc in modum sribentis: Elegit nos in Christo, antequam  
jacerentur fundamenta mundi, ut essemus sancti & irreprehensibiles  
coram illo: praedestinavit nos, ut adoptaret in filios per Christum in sece  
pro benevolo affectu voluntatis sue: reddidit nos charos per illum dile-  
ctum, in quo habemus redemptions per sanguinem ipsum, remissionem  
peccatorem iuxta divitias gratiae sua: summatim, instaurat omnia  
per Christum, & quae in celis sunt & quae in terra. Et iterum: Qui  
salvos nos fecit & vocavit vocatione sancta, non ex operibus nostris  
sed ex suo proposito & gratia, quae data quidem nobis est In Christo Iesu  
ante tempora secularia, patefacta autem nunc est per illustrem illum  
advenit servatoris nostri Iesu Christi, qui & mortem abolevit & vi-  
tam produxit in lucem ac immortalitatem per Evangelium. Immò per  
gratiam Domini Iesu Christi credimus nos salvos futuros: cum aliud  
nomen sub celo datum inter homines non sit in quo oporteat salvos nos  
fieri: Ipse siquidem a Deo factus est nobis, sapientia, justificatio, re-  
demptio. Christus igitur liber vite est, cui omnes electos inscriptos esse  
oportet. Porro, ut in justificationis negotio, tertia accedit causa, nem-  
pe fides, quae extra se quasi egrediens meritum Christi pro peccatis totius  
generis humani prestitam apprehendit, sibique sigillatum applicat: qua  
ratione homo non propter fidem tanquam qualitatem aut virtutem,

sed

Ephes. 5.

2. Tim. 1.

Acto. 15.

Acto. 4.

I. Cor. 1.

III.

sed per eam tanquam caussam apprehendentem & instrumentalem justificari dicitur: ita quoque in electionis negotio fides adeo exterminari aut sequestrari nequit, ut sine ea plane nulla ad salutem & vitam possit constare electio. Ratio in promptu est, quia sine fide Christus universo mundo ociosus manet nec potest nisi per fidem meritum ejus vel apprehendi vel applicari, ideoque & gratia eligentis sine fide inutilis sit necesse est, quippe quae non nisi per Christum ejusque meritum ad nos derivatur, ac proinde non apprehenso Christi merito per fidem, non apprehenditur quoque eligentis graua. Sic Christus Iohann. 6. Hac est voluntas ejus inquit, qui misit me patris ut omnis qui videt filium & credit in eum (attende, credit in eum) non pereat sed habeat vitam eternam. Quae igitur per Deum immortalem dementia est fingere electionem sine fide, hoc est, fingere Deum in excelsissimo throno sedentem & offerentem universo generi humano in filio & per filium suum dilectum, misericordiam, gratiam, salutem & vitam eternam: quem tamen filium nemo ex universo hominum agmine apprehendat, immo ne apprehendere quidem propter instrumenti defectum possit. Fidem enim si sustuleris unicum apprehendendi meriti Christi gratiaeque in eo fundata instrumentum sustuleris: & si hoc, quid queso relinquatur, quo gratia divina nobis communicetur. Aut igitur affirmandum, Deum nonnullos, seu paucos proprie filium & meritum ejus diligere, indeque ad vitam eternam destinare, seu illi qui ita diliguntur, credant seu non credant, reliqua hominum turba universa, cuius itidem quoad finem aut infidelitatem nulla habeatur ratio, neglecta atque relictâ, quod extremè est impium: aut erit concedendum, hominem & per fidem propter Christi meritum justificari, & per fidem propter Christum eundem ad vitam & salutem eternam eligi ac destinari: Territum enim qui hic querit, in precipitum cerie abripitur periculosissimum. Sed inquis, si fides est causa electionis, electio à fide hominis dependebit? Iam vero non electio à fide sed fides ab electione dependet. Non igitur fides electionis causa. Respondendum est per distinctionem: Ratione namque diversa, & electionem dicimus à respectu fidei pendere, & fidem à proposito electionis. Nam si aternum illud decretum de reparando per filium genere humano lapsi consideres, propositum electionis omnes causas reliquas antecedit. Istud enim

M.

art. 9. 3. cōtra, q̄ fidei

anim nisi factum fuisse, filius mediatoris officio non fuisset functus  
non fuisset missus, non fuisset passus, ideoq; nulla ad filium vocatio  
consequi, nulla Evangelii praedicatio institui, nulla fides in hominum  
cordibus accendi potuisse. Quo modo hac omnia electionis proposi-  
tum ut causam primam & summam merito dicuntur sequi. At  
verò ratione diversa, fidei quoq; respectus in prædestinationis decreto  
involvitur. Cum enim decretum illud, non absolute quodam insi-  
tuatur modo, sed quod cum determinatione aliqua, certa respiciat  
media, per qua Deus ad finem electionis, nempe ad salutem & vitam  
eternam hominem velit deduci: hinc adeo sit, ut tamen non posse ab  
electionis negotio excludi fides, quam non potest ipse filius cum uni-  
verso suo merito & pretiosa sanguinis effusione excludi: non quidem,  
ut anè dictum, quatenus videlicet fides sit virtus quadam in homine  
& ita quiddam eligibile (ut Huberus in epì loquitur) sed quatenus  
rationem habeat causa instrumentalis apprehendentis, qua à suo ob-  
iecto, quod apprehendit, nunquam & nusquam posse separari, Chri-  
stus q; singi nullus possit, qui in hoc quidem negotio fidei hominis non ap-  
prehendatur possideaturve. Consimili ratione & modo, passionem  
quoq; filii Dei effectum prædestinationis appellare possumus, & tamen  
hanc ipsam ut decreto electionis fateamur esse inclusam (quippe sine  
cujus intuitu electio facta non est) evidentes sanè evincunt rationes.  
His igitur causis ita constitutis, progrediendum alterius ad ea, que  
ex dictis vel consequi vel non consequi posse videbuntur. Istud au-  
tem sanè primo fuerit collocandum loco, de electione & prædestinatione  
hominis ad vitam, non à priori sed posteriori iudicium faciendum,  
nempe ex ipso verbo revelato & patefacto, ex illa misericordi erga  
omnes homines & benigna voluntatis divina declaratione, & pro-  
missionibus universalibus & metis reliquis ad executionem aterni  
istius propositi ordinatis. Quid enim ille? qui ratione humana sub-  
volare in cælum & circa patefactionem, qua verbo continetur, aby-  
sum decretorum Dei voluerit perscrutari? Apostolus certè gravissima Rom, 10.  
mis ei obviam ibit verbis: Quis ascendet, inquiens, in cælum? hoc est  
Christum ex aliis deducere: aut quis descendet in abyssum? hoc est  
Christum ex mortuis reducere. Propterea est verbum in ore tuo & in  
corde tuo: hoc est verbum fidei quod prædicamus. Verbum autem

eum in Legem & Evangelium sit distinctum, non ex Lege electionis  
doctrina sed ex Evangelio erit haurienda. Lex enim praecepit bona,  
prohibet mala: bonis præmia, malis penas decernit & ita electionis  
meritis humanis applicat, ut pronunciet illos esse salvos, qui Legis  
mandata servent, illos damnatos qui eadem Legis præcepta violant.  
Atque hoc ratione miserrima hominis foret conditio, hoc quod modo, elec-  
tionis doctrina, omni consolatione esset vacua. Quare cum decrevum  
illud salvationis in solius Dei misericordia & Christi Salvatoris me-  
rito fundatum sit, non aliunde etiam quam ex Evangelio illud erit pe-  
rendum. In hoc enim filius ipse Dei omnem voluntatem patris sui  
plenissimè nobis aperie ac manifestat: is inquam filius qui in sinu  
aterni patris residet, omne consilium ejus de salvatione nostri in Evan-  
gelio patefacit atque enarrat. Credendum igitur firmissimè, quod  
quicquid Deus ab aeterno de salvandis hominibus in sece proposuerit,  
hoc ipsum per filium tanquam interpretem & oratorem fidelissimum  
in Evangelio nobis explicuerit: Et contrà vicissim, quicquid in Evan-  
gelio de salute nostra annunciatum sit, hoc ipsum & non aliud  
Deus ante jaeta mundi fundamenta de salute nostra in sece proposuerit.  
Hinc evangelii doctrina, evangelium dicitur aeternum, Apocal. 14.  
Hinc Apostolus Roman. ult. Evangelium suum praconium appellat  
Iesu Christi juxta revelationem mysterii temporibus aeternis taciti, ma-  
nifestati vero nunc & in omnes gentes patefacti. Hinc idem Ephes.  
1. Deum patefecisse ait arcanum voluntatis sue, juxtabenepacio-  
rum suum quod proposuerat in seipso. Ac rursum, ejusdem episto-  
la tertio, Mihi omnium minimo Sanctorum, inquit, data est gratia  
hac, ut inter gentes Evangelizem impervestigabiles divitias Christi  
& in lucem proferam omnibus, quæ sit communio mysteriis, quod erat  
absconditum à seculis in Deo. Apage igitur sis eruentum crux-  
entorum Calvinianorum decretum occultum.

Ioan. 6.  
Ioan. 3.

Immotum siquidem stat Dei consilium, quod in omnem eijam  
aeternitatem manebit & neq[ue]m[er]it, Salvaturum se neminem ex  
universo genere humano alia ratione & modo, quam quo per filium  
suum dilectum curavit id nobis annuciari. Filii autem vox est,  
voluntatem patris esse, ne omnis qui vides filium & credit in eum  
non pereat, sed habeat vitam aeternam. Filii vox est, qui credit,

mon

non judicatur: qui autem non credit jam judicatus est, quia non  
credit in nomen unigeniti filii Dei. Sed hic tumultuatur humana  
ratio, in varios se gyros convertens Dei, consilium argutius admo-  
dum perplexis impugnans: Si Deus adeo ut dixisti, generis hu-  
mani salutem omniumq; ejus individuorum experit; cur igitur non  
in omnibus operatur fidem, qua mediane, omnium hominum promo-  
veatur salus, sicq; universalis perficiatur electio? cur fidem scriptu-  
ra donum appellat Dei quod huic conferatur alteri vero denegetur?  
Attendit quo, fidem donum Dei esse, sed tale donum quod non nisi  
per media seu instrumenta, mediorumq; taliu& ordinem a Deo  
ipso instituuntur conferatur, per prædicationem videlicet verbi & le-  
gitimam Sacramentorum administrationem. Sic enim Salvator:  
Eto in mundum universum, (inquit) prædicatore Evangelium uni-  
versæ creatura: Qui crediderit & baptezatus fuerit, salvus erit,  
qui vero non crediderit, condemnabitur. Posteaquam enim mun-  
dus in Sapientia Dei seu creaturis visibilibus hujus visibilis theatrum,  
per sapientiam suam cognoscere Deum non posuit, visum est Deo  
per stultitiam prædicationis, quam sapientes hujus mundi omnino pro-  
stultitia habene, salvos facere credentes. Fides igitur ex auditu  
est, auditus autem per verbum Dei. Hic vero infinita nobis offeritur  
auditorum varietas, qua perspecta discussaque diligenter, Deus facile  
ab omni culpa liber, homo autem reprobus, exitii propria cauſa repe-  
rietur. Adeſt enim Deus qui verbum suum proponi curat uni-  
verso generi humano & serio vult, ut per istud omnes omnino homi-  
nes virtute & efficacitate Spiritus sui sancti regenerentur, fidem con-  
sequantur & ad agnitionem veritatis perduci, in ea constanter ad fi-  
nem usq; vita perseverent. Sed quid sit? Debebat quidem universus  
mundus ad sui ipsius salutem, beneficium tantum tamq; ineffabile gra-  
tiamenit & animo excipere. At sunt qui verbum istud habent pra-  
foribus, nec tamen illud audire dignantur, aut si id audiunt, cum fa-  
stidio & rado illud audiunt. Sunt, qui erroneous quibusdam opinionib.  
imbuti, sacras accedunt conciones, omneq; quod proponitur, falsitatis &  
temeritatis arguunt. Sunt, qui non nisi calumniandi, blasphemandi, &  
contradicendi studio accedunt. Sunt, qui in gratiam dominorum suorum  
aut aliorum magnatum veritatem deserunt, mendacia amplectuntur.

C 2

Sunt

Marc. ult.

11.

Sunt, qui in mediis concionibus sedentes nobis quidem audire verbum videntur, sed cogitationibus vagantur alibi : Sunt, qui audiunt verbum, sed istud pro stultæ rationis humanae arbitrio in alienum detorquent sensum & alias rationes adulterinas consequendi vitam & salutem aeternam ex suo cerebro comminiscuntur : Sunt qui audiunt quidem, sed voluptates suas & divitias hujus seculi verbo longè preferunt, raro illud meditantes, raro ad usum pietatis & exercitii fidei illud transferentes : Sunt, qui peccandi habitum propria sua culpa sibi contraxerunt, sic ut tameisi verbum audiant diligenter, in vetera ruant via, eaq; vitare amplius vel nolint vel nequeant. Sunt, qui humili docentium persona offensi, verbum fastidiunt. Sunt, qui indignè ferunt, suos in concionibus reprehendi errores & culpari via: indeq; exasperantur & praconem cum verbo oderunt.. Sunt deniq; qui templa frequentant, tantum ut consuetudini serviant, & externæ professionis ratione non plane pre abeois habeantur. Et quis posset infinitam illam auditorum disparitatem enumerare? Christus certè in parabola de quadruplici semine, ad quatuor precipua genera hanc diversitatem baud ineleganter reduxit. Deus autem omnium est oculatissimus, qui solus perspicit, quæ individua, quibus rationibus & modis à se distent, quoq; studio, animo, & diligentia verbum propositum excipiant. Hi igitur omnes, de quibus modo est dictum, si non convertantur, si fidem non accipiant; habentne quod cum Deo litigent? vitiumne est in organo? subiractane à medio gratia? evacuatumne praconium? Spiritus virtutis? Minime sane gentium. Ipsi, ipsi in culpa sunt, quod fructificationem verbi, seminis istius vivi, interverterunt, et org; rationibus & modis Spiritus sancti gratosans operationem impediverunt. Quid igitur faciendum, ut fidem consequare? Audiendum verbum sine blasphemandi studio, corde simplici & humili, removendaq; obstacula, quæ fructificationem verbi possunt impedire. Sed inquis, hac ratione tribui aliquid viribus humanis, si homo attentè audiendo verbum & cum discendi studio, dicatur acquirere sibi conversionem & fidem. Sed, inquam ego, audiendum hic non habere rationem meriti, sed organi. Quod enim Pontificii de merito congrui nugantur, congruum esse, ut Deus facientibus quod in se est, conferat suam gratiam; à nostro instituto est alienissimum.

Verbo  
obi.

rum: Sententiaq; nostra hoc non est, quasi preparatio aliqua no-  
stra (serium dico audiendi studium) quicquam ad fidem aut salutem  
consequendam faciat ex sese, multo minus mereatur aut efficiat con-  
versionem, sed removeat tantum obstatula quae conversionem impedi-  
unt: quandoquidem certū est converti eos nunquā, qui calumniantur,  
blasphemant, persequuntur verbum, quamdiu in isto studio perseve-  
rant. Refertur igitur auditus verbi, & quidem serius, ad externam  
pedagogiam: quatenus & is in non renatorum etiam adhuc est potesta-  
re. Quare quod fidem per auditum verbi consequimur secundum A-  
postolum; fides ex auditu est: id nec merito, nec viribus hominis,  
nec huic etiam auditui tribuendum est, sed Dei ordinationi, qui per  
verbum predicatum & auditum tanquam organon salutare, fidem in  
hominum cordibus vult accendere, & hoc ipsum organon in aeterno  
proposito ad id destinavit, ut per illud ex mero beneplacito voluntatis  
sua, fidem in hominibus operaretur. Vnde nec nos conatu nostro Dei  
gratiā pervenimus aut antevertimus, sed ipse antecedit, & prior est  
gratiā suā, non modo proponendo verbum & ordinando ministerium  
verbi, verum etiam aeterna suo proposito, quo decrevit, hoc modo & ar-  
dine (non aliter) genus humanum quod lapsum viderat, restaurare  
& ad vitam immortalem hoc semine immortalitatis recolligere. Prior  
igitur vocat nos, prior gratiam suam offert, prior verbum suum com-  
municat: & ita in solidum conversionis nostrae laudem solus prome-  
retur. Sed instat humana ratio; Multi vero sunt, qui verbum ha-  
bent corruptum, multisq; ebolosq; uisicatis, & traditionibus humanis  
vitiatum: qui igitur hic Spiritus Dei per ministerium pseudopro-  
phetarum poterit esse efficax? Impudent igitur sibi, inquam, homines  
istud, quod verbum Dei vel mutilent, vel suis aspersis opinionibus ra-  
tionisq; humanæ fermento sinceritatem verbi turbent, & sic organon  
conversionis (ut per se sane poterat esse) ad conversionem & salutem  
minus reddant idoneum. Instat ulterius; at sunt, qui verbum planè  
nullum habent: sunt qui de Deo ejusq; voluntate misericordi nihil  
audiverunt unquam: sunt, qui virum student maximoperè, nec tan-  
men ad salvificam Dei agnitionem perveniunt: quò inter alias na-  
tiones universi terrarum orbis, refertur merito, forum simul græcum  
& Romanum, in quo flos sapientia viguit: in quo tali & tam præclaris

bominum lumina fulsere; Hermetem dico Trismegistum, Socratem,  
Platonem, Anaxagoram, Speusippum, Aristotelem, Ciceronem, Varro-  
nem, Vergilium, & quis reliquos enumerare omnes posset? qui sit,  
ais, quod verbum salutis his sit denegatum, concessum reliquis? Esto  
sanè, caruerint hi pretiosissimo isto thesauro: sed omnémne ob id in  
Deum rejicies culpam? omnémne culpis divini ignorationem genti-  
libus istis tribues? cur igitur Cicero, superbissimus exercitii religiosi  
in populo Iudaeo contemptor, legem divinam, barbarem appellat su-  
perstitionem? cur rident alii, qui Mosen multa dicere quidem, sed  
panca probare contendunt? Ast videamus, an homo, an Deus,  
quoad defectum organi haret in culpa. Deus certè omni modo, o-  
mniq; ratione eximendus est. Causæ sunt in proprie. Fecit enim  
Deus ex parte sui quod in se est. Tradidit primò primis parentibus  
verbum & cultum suum, (in quibus tum universitas generis humani  
conveniebat,) non eo certè animo, ut vel ipsi vel posteri eorum  
sanctum istud depositum amitterent, sed potius ad omnem posteritatem  
propagarent. Et quanquam pii paires ante diluvium, in sua quisq;  
familia, omni studio sinceritatem cùm verbi, iùm cultus conservare  
niterentur, Diabolus tamen Cainum à sancta ista & primigenia Ec-  
clesia avulsi, ejusq; posteritatem erroribus multiplicibus involvit, sic  
ut non tantum cultus exerceant idolatrieos, verum etiam in enor-  
mia vita externa scelera porumperent, verbumq; à Deo patriarchis  
concreditum susq; deg; ferrent. Ad quem contemptum, cum  
maxima primæ mundi pars, spretis sanioribus majorum suorum  
de cultu Dei commonefactionibus, accederet, factum est ut justo Dei  
judicio, Cataclismus universalis induceretur, omnisq; caro contem-  
ptus istius severissimam irati Dei experiretur panam. Secunda  
vice idem verbum eundemq; cultum suum, universo concredidit ge-  
neri humano in familia Nohæ, quemodo ex aquis diluvii mirabili-  
ter erat servata. Quod vero Chamum, nequam pessimus, id ipsum flo-  
cipendit, & in posteritatem suam, (ne & Iaphetum) defectum salu-  
taris hujus organi derivavit, penes Chamum & socium ejus, non pe-  
nes Deum esto. Terra vice jussit Salvator, per eximos servos  
suos & pracones Evangelii sui, misericordem Dei voluntatem, in uni-  
verso terrarum orbe divulgi: quod quin factum sit, sine injuria  
tante.



tantorum herorum, dubitari nequit: pronunciantem diversum A-  
postolo Coloss. 1. ubi disertè Evangelii doctrinam, non ad Colossem-  
ses tantum pervenisse, sed in toto jam mundo fructificare commemo-  
rat. Qui igitur culpam transferas in Deum & non in homi-  
nes potius? Hominum, hominum, inquam, haec culpa est, ri-  
dantium & despicientium clementissimum Dei de propria ipsorum  
salute consilium. Sed inquis: Culpa penes maiores haret;  
quid verò promeriti sunt posteri? Patrēsne comedenter uiam acer-  
bam & dentes filiorum obstupescunt? Siccine agitur cum misericordiis  
mortaliibus, verbo Dei destitutis? Siccine cum infantibus illorum  
& reliquis, qui nondum discretionis attigere annos? Ita sane hu-  
mana ratio. Sed quid si posteri in eandem cum patribus idolo-  
maniam consentiant, eodemq; fervore & zelo, vel etiam majori in-  
terdum profiteantur eam & exerceant? quid si de cultu verè divi-  
no stupendis miraculis confirmato, audiant aliquid, nec tamen ad  
eum sese aggregare velint? Considerandum igitur hoc fuerit  
probè. Eisi gentes nonnullæ culpa propria, ingratitudine & con-  
temptu suo, verbum Dei amiserunt; Deus tamen nihilo minus  
in aliis locis, regionibus, regnis, ac populis lucem verbi sui accen-  
dere est dignatus. Cum verò homines, ejam non renati, parti-  
culam legis divinae, menti sua abhuc habeant insitam, ex qua in-  
velliunt, esse quoddam numen, quod scelera vindicet, & sui hono-  
rem requirat: cur non conscientia propria stimulis excitari debe-  
bant, ad firmiorem, quam ex idolomania haurire possunt, consolatio-  
nem querendam? In primis verò si id attendatur: Deum sem-  
per in omnibus Monarchiis populum suum exaltasse, eumq; multis  
miraculis celebrem reddidisse atq; illustrem, indeq; Ecclesiam suam  
quasi in excelsum quandam collocasse locum, ut, qui ex medio Ethni-  
corum grege accurrere vellent, possent. Exempla aliquam multa  
in scripturis recensentur: Iethronis, Rahab, Gibeonitarum, Iobi,  
Ruth, Hirami regis Tyri, Regiae austri, Nabuchodonosoris, Darii,  
Cyri, magorum orientalium, praefecti Candaces reginae Æthiopum,  
& plurimorum aliorum, qui partim recensentur, partim tacentur in  
scripturis divinis. Quodq; de infantibus infidelium isterū populorum  
adferebatur; nostrum non est definire. Quales enim fuiti erant illi,

ad

ad adultam etatem progressi, hominis inquisitionem fugit. Et sanè  
sunt alia quoq; in hoc negotio, de quibus pronunciare nobis fas non  
est: veluti, si duo dentur populi diversi: ut erg; sit ingratus & con-  
temptor verbi atq; culius divini: Deus auferat ab uno verbum, al-  
teri reliquat: alterum conversionis organo privet, alterum non privet!  
Hic sanè de infantibus alterius gregis, bene adhuc agitur, quatenus  
ibi ministerium manet, et iam si parentes sint impii. Fatendum certè,  
in specie hic Dei consilia maximè nobis esse ignota: Quocirca cum  
Apostolo exclamandum, o altitudinem & profunditatem divitiarum,  
sapientiae & cognitionis Dei, quam inscrutabiles viae ejus. Nec ta-  
men interim protinus configendi ad Calvinisticum repro-  
bationis absolute decretum. Puniri enim eos cerium est justo  
Dei iudicio, sed tamen non absolute & voluntati revelatae contrario.  
Neg; etiam in verbis prolati, sententia Apostoli est, decreto absolute  
populum hunc deserit, illum acceptari; inseri hanc, illum excindi.  
Sic enim contextus cohereret pessimè: Conclusit Deus, inquit Paulus,  
omnes sub incredulitatem, ut omnium miseretur: O profunditatem!  
Quid igitur? Differit Apostolus de duobus populis diversissimis, Iu-  
daico nempe & gentili: quorum ille, duabus de causis, existimabat  
salutem sibi & vitam eternam deberi, 1. quia ex prosapia descendans  
Abrahāmi, cum quo Deus illud p̄pigerit fœdus: Ego ero Deus tuus,  
& seminis tui post te: 2. quia legem Dei habeant, juxta quam pro-  
viribus vitam suam conentur conformare: fidei interim facta men-  
tione nulla; cum tamen, pater ipsorum Abrahamus, omnium fidelium  
pater dicendus, inq; fide cum primis imitandus esset? alter, secundum  
vaticinia prophetarum, vocatus ad regnum Meschia, fidei obsequio  
Salvatori adhærere potius, quam viribus propriis voluit confidere.  
Inde factum, ut illi, justitia propria turgidi, abjicerentur, hi vero re-  
ciperentur. Proinde, ut ne vel illi haberent, quo Deum accusarent,  
injustè se ex olea nativa excisos, peregrinos insertos: vel hi etiam glo-  
riari & efferre se possent: affirmat Apostolus, utrosq; sub incredulita-  
tem esse conclusos: & ita quidem conclusos, ut si Iudei vel mansissent  
cum patre Abrahāmo in fide, in olea etiam mansuri fuissent, vel si ad-  
huc revertantur ad fidem, eidem inserti denuò possint: gentiles vero ita  
insertos, ut inde rursum, nisi in fide persistent, queant excindi. Quo  
perit;

Rom. II.

Rom. 4.

pertinent verba in hoc ipso capite Apostoli manifesta satis: Per incredulitatem defracli sunt rami (Indi: ) in verò, (populus gentilis ad communionem regni Meschia vocatus) fide constitisti. Ne igitur efferaris animo, sed timeas. Nam si Deus naturalibus ramis non pepercit, vide ne qua fiat, ut nec tibi parcat. Vide igitur bonitatem ac severitatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, severitatem: in te verò bonitatem, si permanseris in bonitate. Alioquin & in excindēris: & ille rursum, si non permanserint in incredulitate, inferentur. Et de consequentibus quidem satis: de inconsequentiis pauca. Ogganniant igitur Calviniani, contra id quod dictum est: Deum omnium omnino hominum salutem & vitam seriò experire; objectantes individuum Iacobi & Esavi: quibus nondum natus, teste Apostolo, cum nego boni quipiam fecissent nego mali, ut secundum electionem Dei proposum maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum sit: Major serviet minori secundum scripturam, Iacobum dilexi, Esavum odio habui. Respondemus breviter, considerandum, unde hac verba proleta, & in quem finem ab Apostolo relata. Proferuntur ex Mose & Malachia: & si uirumq; bene conferas non de personis individualibus Iacobi vel Esavi τρώς seu primariò, sed de posteritate illorum verba fieri certum est. Sic enim Moses: Due gentes sunt in uero iuo, & duo populi dividuntur ex ventre tuo, & populus populum superabit, & major serviet minori. Malachias verò ex ore Iehovae; Nonne frater, ait, erat Esavus Iacobi? & dilexi Iacobum, Esavum verò odio habui, & posui Seir montes ejus in solitudinem, & hereditatem ejus in desertum Draconis? Quod si dixerit Idumæa: ad paupertatem redacti sumus, sed revertentes edificabimus, qua delecta sunt: isti edificabunt, & ego destruam & vocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus est Dominus, in eternum. Scriptura igitur, per scripturam explicetur ipsam. Quod si omnino velis ex contextu Paulino habere in individualibus ipsis, & populis ex iis descendentibus; tunc & Iacobus inepie fratrem Esavum, dominum suum appellaverit Genes. 33, adeoq; cum omni posteritate ad salutem, absoluto Dei decreto fuerit predestinatus: & Esavus cum omni posteritate simpliciter fuerit reuelus; id quod & absurdum & Scripturis divinis est contrarium. Ponderanda igitur

Roman. 9.

Genes. 25.  
Malach. 1.

Esa. 11.  
Marc. 3.

D circum-

circumstantiae ut inde difficultas apparetur. Oraculum  
apud Mosen ad Rebeccam editum, loquitur de primogenitura prae-  
rogativa externa, & huic annexa promissione terrae Chananaeorum :  
nihil de electione aut reprobatione eterna. Accommodat autem  
istud Apostolus ad institutum suum sub ratione typi & antitypi, hoc  
sensu: quemadmodum jus primogeniturae & possessionis terrae Chan-  
naeorum, non dependet ex carnali aliqua prerogativa simpliciter, aut  
studio aliquo bonorum operum, quod nullum est: sicuti exemplo Esa-  
vi & Iacobi fit manifestum, quorum ille, ante hunc, in lucem fuit  
editus: ita nec jus primò ingredientium & possidentium regnum Dei,  
spectat ad eos, qui vel ex gloriacione illa inani, de prosapia Abraha-  
mi patris, vel ex operibus secundum legem praesit, justitiam coram  
Deo valentem & ex hac bonorum coelestium hereditatem querunt:  
sed referunt ad eos, qui nec de operibus propriis, nec de prerogativis  
externis gloriantes, omnem eternam salutis sua spem, in solius Dei mi-  
sericordia, Christiq<sup>m</sup> merito alieno, per fidem autem jam proprio fa-  
cto, collocant, figunt, obtinent, possident. Esavum igitur ( si maxi-  
mè de personis singularibus loquaris ) non odio quodam absoluto pro-  
sequitur Deus, sed contemptum promissionis de benedicto semine vin-  
dicante: Iacobus non diligitur, nisi in dilecto filio Dei, cui per fidem  
quam in eo per institutionem paternam Spiritus sanctus est operatus,  
adharet, & in quo nostrum omnium electio fundata est. Alienus  
quod adferunt, Miserebor, cuius misereor, & commiserabor, quem  
commiseratus fuero: Itaq<sup>m</sup> non volentis, neq<sup>m</sup> currentis, sed miseren-  
tis Dei est: explicandum, per Apostolum ipsum: Concluxit Deus  
omnes sub peccatum, ut omnium miseretur. Quid igitur? oppo-  
nuntur hæc Iudeis justitiariis, qui suo labore, suo studio, suo cursu,  
eternæ beatitudinis primum, ex opere, quod ajunt, operato deberi ex-  
sistimabant. Idcirco, ut reprimat impium ipsorum murmur Aposto-  
lus, omnia ex miseratione Dei gratia obtingere eis affirmat. Misericordia  
autem in filio Deus omnium, qui in incredulitate non manent sed per  
fidem ad filium accedunt. De figulo & luto, qua ab Apostolo adfertur  
similiudo, nil quicquam parrocinatur Calvinianorum dogmati. De-  
sumpta enim est ex medio rerum usu, hunc in modum: Si fas est figulo  
ex massa eadem alia formare usam ad honorem, alia ad ignominiam:  
quid nos

001.

Rom. II.

061.

quidni & Deo liceret, ex innumera hominum infidelium turba, quosdam in cœcitate sua, qui hostiliter se ordinationi ipsius & organis conversionis opponant, relinquere, quosdam verò, qui per vocationem misericordem & ministerium verbi erudiri se & trahi patianur, assumere? Et cum ibi de induratione agat Apostolus, justissimum sanè Dei manet iudicium. In luto namqz cum nulla adversus opificem sit repugnantia, in reprobis verò adversus Deum rebellio maxima: liquido, quæ divine sint justitiae partes, prehendi potest. Inde est, quod Deus iræ vasis irasci dicitur: inde, quod non faciat sed inventiat, & magna quidem cum animi lenitate toleret. Colligunt uerius nonnulli, Deum ridere in impiorum interitu, idcirco cum existatio ipsorum delectari. Sed male profectò distinguunt hi inter voluntatem Dei τρόπον γενέσεως οὐκ επομένην, antecedentem & consequentem. Illam quod attinet, gratiam suam Deus offert omnibus, nec quicquam tam expedit serio, quam ut omnibus omnino hominibus de summo suo, quod per essentiam est bono misericordie communicet: at hac, ob alterum justitiae attributum peccata vult punita, aut saltem pro modo suo ad suum reduta finem. Quando igitur impius, omni ordinationi Dei omniqz consilio adversatur, nec vult pati ne erudiatur quicunqz, tandem etiam interveniat miraculorum præstansissimorum numerus: judicio justo uitetur Deus, & homines in cœcitate sua relinquit. Sed abrumpendum hic mihi fuerit. Foret enim longum nimis, si omnes Strophas Calvinianorum vellem retexere. De usu igitur paucissima. Illustre sane est pronunciatum illud Apostolicum: Quacunqz prescripta sunt, in nostram doctrinam prescripta sunt, ut per patientiam & consolationem scrip*tu*rarum spem habeamus. Ex quo colligimus indubitate, quod omnis doctrina, quæ consolationem istam piorum & spem in Dei promissionibus repositam labefactat aut convellit, ex Deo non sit, sed ex ipso patre mendaciorum Diabolo. Iam verò si dogma Calvinianorum de absolutione quodam absolute electorum numero consideres; quis queso hominum omnium erit tam audax qui tuò satis queat pronunciare, se in tabulas istas electorum esse consignatum? unde enim hoc didicerit, cum in cœlum nequeat ascendere, nec etiam per afflatum aliquem enthusiasticum hoc cognoverit.

Manebit igitur semper in dubitatione & fluctuatione homo,

D 2 circum-

Proverb. 26.

ob.

Dam.

III. Kurs.

Rom. 15.

circumferens secum hanc conscientia carnificinam: quis novit, an  
¶ ego in hominum electorum sis numero, quis novit, an ¶ de me  
Deus eligendo fecerit decretum? præsertim vero si animus si tristis ¶  
perturbatus: si tentationes experiatur Sathanus: qui sanè non con-  
quiescit, his ¶ consimilibus aliis telis ignitis hominis animum inva-  
dere. Vbi igitur hic consolatio est, ubi spes illa salutis anchora, de  
qua Apostolus loquitur? Ad verbum igitur, ad verbum inquam  
Evangelii, respiciendum. Ibi queremus consolationem istam ¶ in-  
veniemus eam quoq;. Quid enim dulcior, quid suavius promissio-  
nibus universalibus? quid nervosius pronunciatio Salvatoris, Hac  
est voluntas patris, ut omnis qui videt filium ¶ credit in eum, non  
pereat sed habeat vitam eternam? quid homini de gratia Dei ambi-  
genti salubrius isto: venite ad me omnes qui laboratis ¶ onerati  
estis, ¶ ego reficiam vos. Quando igitur de voluntate Dei miseri-  
corde constat, quid dubitem amplius? quid Deum Ιωαννης alii-  
cujus arguam? Meum igitur est, audire 'Deum, audire verbum  
eius, sancto j. Spiritui, blasphemando verbum, calumniando verbum,  
aut aliis obstaculis viam non intercludere, sed fidem habere promissio-  
nibus Evangelicis, ¶ vitam quoq; moresq; ad Dei mandata confor-  
mare. Sic spem habere potero validissimam firmissimamq;, certo  
certius hoc mihi persuasum habens, salutem meam in Christo Iesu,  
quem fide apprehendo ¶ quo unico tanquam salutis meæ petra ni-  
tor, perstare immotam: nec voluntatem Dei mutabilem esse, sed ne  
omnia ipsius dona sunt, ita ¶ hoc electionis donum esse ¶ manere in  
omnem eternitatem ἀμεταμέλετο. Hinc igitur elucer immensa  
Dei bonitas ¶ φιλανθρωπία, miseros nos homines ¶ damnatos ob-  
peccatum, GRATIS in Christo Iesu filio suo eligentis. Hinc  
etiam conspicitur, justificationem nostram per fidem merè esse gratui-  
tam: hinc deniq; in vita simul ¶ morte, in angustiis ¶ perturbatio-  
nibus animi gravissimum dulcissimum solarium. Sed postulat du-  
dum jam tempus ¶ clepsydra, ut ad alteram quoq; orationis partem  
descendamus: in qua, quia hactenus non nihil benevolentia vestra  
sum abusus, ero tanti brevior. Ut verò majori cum perspicuitate  
institutum nostrum expediamus: primò controversie ipsius (quæ in-  
ter Dn. Theologos VVittenbergenses, & Doct. Samuelem

Hube-



Huberum est) ponemus statum principalem & proprium: deinde sententia veræ adferemus fundamenta; & tertio argumenta nonnulla partis adverse speciosora, confutabimus. Doctor Huberius duplēm constituit Electionēs: universalem alteram, alteram particularem seu specialem. Universalem considerat in antegressa Dei voluntate (ut ipse loquitur) quā nēmpe Deus aspiciens filium ejusq; meritum, omnes homines in eo, seu per eum, eligat & destinet ad salutem & vitam aeternam: seu homines illi, in mundi Salvatorem credant seu non credant; seu sint infideliū seu infidelium numero: seu sint intra Ecclesiam seu extra Ecclesiam. Quo nomine & complexus Turce, Iudei, gentiles, Epicurai, hostes & cives Ecclesie, a quo censū ad hereditatem regni cœlestis pereinent. Hos etiam omnes, ea ratione, illustrissimis illis titulis ornati, ut vocentur cum filiis Dei, sancti, justificati, regenerati, inculpati in Dei conspectu, regale sacerdotium. Illam verò electionem universalem, dicit particularem fieri in applicatione, quatenus videlicet aetū salvantur tantum illi, qui aetate paenitentiā, fide ad Christum configiunt, sanctissimum ipsius Λυτροῦ fide apprehendunt, & in hac fide ad finem usq; vita perseveranter manent & perstant. Viramq; electionem (universalem & particularem) univocè ita & propriè appellari ait. Domini Theologi VVittenbergenses contrà, Electionis nomen & definitionem, nunquam ita universaliter in Scripturis sacris usurpari contendunt, affirmantes, loquendo propriè, sub electionis voce & definitione comprehendi tantum filios Dei, qui fide Christum ejusq; meritum apprehendant, & in hac fide per Dei gratiam confirmari ad finem vitæ perseverent, perq; eam in Christo ex mero grānito gratiæ divinæ favore, vitam tandem consequantur aeternam, regnq; cœlestis beatitudinem. Non igitur hic queritur, an salvemur per filium Dei, an salvemur per fidem; an actu consequantur vitam aeternam ii, qui in fide ad finem vita perstant; an pauci sine electi; an reprobi, propria sua pereant incredulitate; an promissiones universales propriè ad solos electos sint transferenda; an electi ita sint circumvallati beneplacito Dei, ut nulla unquam atate, incredulitate aut rebellione adversus Deum, gratiā ipsius possint excidere? His enim & consimilibus aliis, statum controversie Huberus, minus profecto involvit candidè, eum tantum in finem, ut

D 3 lectori

lectori imperito fucum faciat, & causa sua ἐδωλοψ fingat speciosum, Theologos verò VVittenbergenses in nescio quorum errorum suspicionem adducat. Quod certè ab ingenuo Theologo & veritatis amante (ut vult videri Huberū) debebat esse alienissimum. Dico igitur, controversia statum, nudè & absq; omni verborum circuitione possum, esse hunc: Num Deus in eterno electionis proposito, elegerit in filio, sive per filium, ad vitam salutemq; eternam, omnes omnino homines, quomodo cung; se habentes, id est, seu credant aut credituri sint in Christum, in quo facta electio est, seu non credant aut non credituri sint: electione propriè, & non διωνύμως ή νεκρογενήσιως ita dicta? Hic rhodus, hic saltus. Iam verò Ecclesia sinceriores omnes Augustinam Confessionem amplexe, inter quas non postrema sunt, ut ipse Huberū facietur, Saxonica nostrā, dogma istud Huberianum non pro genuino sed adulterino, non pro veteri sed novo & nuper ex proprio ipsius cerebre conficto habent, & habent quidem meritò. Etenim si universam pervolvamus scripturam, nuspiciam inveniemus, Electionis vocem ad vitam eternam ita latè & universè positam, ut sub ea non homines tantum sed hominum monstra qualibet comprehendantur. Ponitur autem ita semper, ubi ex professo de electione ad salutem agitur, ut electio, oppositam habeat reprobationem indeq; separationem aliquam significet. Non quod dicamus, separationem illam fieri respectu voluntatis Dei antecedentis, sed consequentis. Voluntate siquidem antecedente, Deus vule omnes homines promiscue & indiscriminatim salvos fieri, per ordinem tamen & mediorum ταξιδίū à se constitutam. Quando verò hominum alii, institutum à Deo ordinem, grata mente amplexantur, verbum audiunt, Sacramentis utuntur, regenerantur per eadem, & sic supremo salutis capiti Christo adglutinantur: alii verò ordinem eundem contemnunt, blasphemant, hostiliter oppugnare; inde adeo sit, ut Deus voluntate consequente concurrens, separationem faciat piorum ab impiis fidelium ab infidelibus, resipiscientium à non resipiscientibus. Sic Christus inquit; Elegi vos de mundo, propterea mundus odit vos. Nec mover nos quicquam ipsisæcūs Huberī, quando præfratè negat, eligendi vocem, separationem aliquam denotare, usus hac ratiunctula. Elecli dicuntur iu Christo: Christus verò est universalis respectu ἀπολυτρόποιος & satisfac-

Ioan. 15.

satisfactionis pro peccatis totius mundi: Ergo & in Christo ele-  
ctio nostra erit universalis, nec ullam admittet separationem.  
Respondemus, esse insufficientem causarum enumerationem, quia  
non omnia ea conjuguntur, quae in electionis negotio conjungi de-  
bebant, Enim verò, si sola hæc ἀπολύτερως seu satisfactio  
Christi, in Electionis proposito consideraretur, concederens libenter,  
quod quemadmodum redemptio universalis est, pro omnibus omni-  
no hominibus praesita; ita quoq; futura sit universalis electio.  
Iam verò quia Christus Salvator, respectu duplici, ad constituendam  
electionem requiritur, tum quatenus pro peccatis totius generis  
humani passus est, tum quatenus meritum passionis, universo mun-  
do acquisitum, applicatur nobis & imputatur per fidem: hinc cer-  
tè sit, ut neutrum sine altero in electionis negotio sit considerandum.  
Exemplo res evadet manifestior. In articulo justificationis aequè  
dominatur ἀπολύτρως illa, & satisfactio pro peccatis omnium  
hominum: nec tamen inde consequitur, omnes omnino homines,  
seu credant seu non credant, propter ἀπολύτρωσιν illam justificari.  
Causa est, quia Christus ratione ἀπολυτρώσεως ociosus est & ma-  
net, nisi apprehendatur fide, ejusq; meritum per fidem homini pec-  
catori impunetur. Fit igitur & hic separatio, haud secus atq; in elec-  
tione, ut alius dicatur justificatus, alius non justificatus. Quodq;  
instat, Dei voluntatem in filio habere semper adjunctam εὐδοκίαν  
beneplacitum & benevolentiam erga homines: respondemus, con-  
stare immotam εὐδοκίαν istam in filio, erga omnes illos, quos filio  
per fidem videt esse insertos: interea verò, beneplacitum habere Do-  
minum (seu in filio seu per filium) etiam in impiis & infidelibus,  
negamus constantissime. Quid enim Scriptura? Non habitabit,  
inquit regius psalmus, tecum, ô Iehovah, malignus, nec gloriabundi  
consistit coram oculis tuis: Odisti omnes operantes iniquitatem.  
perdes omnes loquentes mendacium; virum sanguinum & dolosum  
abominabitur Iehovah.

Psalms. §.

Sin verò per εὐδοκίαν illam, immensam Dei erga genus huma-  
num φιλανθρωπίαν velit intelligi, quamotus, filium suum universo  
miserit mundo, nemo est, qui id quidem si negaturus: modo non unicā  
& solam illam faciat causam electionis δικῆν sive totalem Huberis,

sed

sed totum observet prædestinationis ordinem, adeoq; omnia quæ ad ordinem istum spectant & requiruntur, diligenter & attente consideret.  
Et cur quæso negaret Huberius, electionem, subinferre separationem aliquam hominum, cum Christus ipse dicat ad discipulos, Ego elegi vos de mundo: Et rursum manifestavi pater, nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum servaverunt: non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt. Eleli igitur non sunt mundus, seu promiscua illa omnium hominum fidelium & infidelium turba, sed cœius quidam in Dei oculis acceptissimus, è media mundi colluvie segregatus. Sed ait Huberius, loqui ibi Christum de electione Apostolorum ad Apostolatum, idq; hoc argumento conatur obtainere, quia si in his locis de vita agatur æterna, consequens sit futurum, solos Apostolos ad vitam æternam esse electos separatis reliquis hominibus omnibus, sub nomine mundi à vita & salute: hoc verò τῷ ἀτόπῳ ἐνοιε ἀτόπωτασο.

Ast belle Hubere, minimè sanè bellè hec affiras. Quomodo enim τεριφέστες οὐκ ἀνίθεστε islorum locorum ad Apostolatum reduces? Vides quam gravem ad discipulos suos instituat orationem Salvator. Ego sum vitis, inquit, vos palmites, ut igitur viti, palmites & oleæ surculi, sic Christiani Christo tanquam capiti suo per fidem inseruntur: qui manet in me, scil. per fidem, & ego in eo, hic fert fructum mulium. Si quis in me non manserit, quippe cum solus ego sola & unica sim vitis extra quam nulli sperandi fructus sunt, ejectus est foras sicut palmes & exaruit, & colligunt eos, & in ignem conjiciunt & ardent. Vos amici mei estis, si feceritis, quacunq; ego præcipio vobis, non quod velim vos operibus vestris & faciendo amicos meos fieri, sed cum per gratiam in amicitiam meam suis recepti, vestrum sit, ut obtemperando mandatis meis, à posteriori, id est, à signo & effectu per obedientiam fidei vos meos amicos esse declaretis. Vos dixi amicos, quia omnia quæ audivi à patre, nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos gratis: & constitui vos, ut fructum afferatis electis dignum, & fructus vester maneat, ut quicquid petieritis patrem in nomine meo, det vobis. Si mundus vos odit, scis, quod me prius quam vos odio habuerit. Si è mundo fuissetis, mundus

mundus quod suum est diligenter: Quia verò è mundo non es sis, sed ego selegi vos è mundo, propterea vos odit mundus. Attende per Deum immortalem, mi Hubere, quomodo hac principaliter de electio-  
ne ad Apostolatum possint accipi! Quid enim? anne & Iudas, (qui sancè ad Apostolatum est electus) è mundo quoq; electus dicitur? anne & hunc mundus pro ingenii sui perversitate prosequitur odio? anne & hic è medio mundo, hoc est, impiorum colluvie fuerit eximendus? Non utiq; dixeris. Et qui queso ad solos Apostolos gravissimam istam Christi concionem restrinxeris, cum hac ratione mundus, solis & Apostolis force opposita, & sic quoq; reliqui omnes omnes, sub mundi voce, id est, impiorum multitudine essent comprehendendi. Noli ita Scripturam interpretari, sed majori judicio ( ne videaris àutodidactus ) Apostolorum nomine omnes fideles designatos esse attende. Hos enim cum Christo magistro suo mundus extremè edit, ridet, persequitur, prescribit. Porro, Ioan. 6. Omne quod dat mihi pater, inquit Christus, veniet ad me: & eum qui venerit ad me, non ejicio foras. Soli autem credentes veniunt ad Christum per fidem, reliqui homines universi contemnunt & repudiant filium Dei, Ergo soli hi qui veniunt ad eum, à patre ipsi dicuntur dati, nempe sub ratione eternæ prædestinationis ad salutem & vitam eternam. Eodem modo, Ioannis 10. ad incredulos Iudeos ait: Vos non creditis, quia non es sis ex ovibus meis: oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas & sequuntur me: & ego cognosco ab illis. Quid verò est aliud, esse ex ovibus Christi, quam esse ex hominum prædestinato-  
rum numero? Iam verò Christus dicit, Iudeos non esse ex ovibus suis. Quam ob causam? Quia non credunt in filium Dei. Manifestum igitur est, solos credentes in prædestinatiorum numerum referri. Sed regerit hic Huberus, testimonium productum ex cap. Ioannis 6. explicandum esse per alterum Ioan. 17. ubi Salvator affirmat, omnes sibi datam esse carnem, ut det ei vitam eternam: At inquam ego, scripturam hoc modo ab Hubero non citari sed mutari. Locus enim integer sic habet: Pater, venit hora, glorifica filium tuum, ut & fi-  
lius tuus glorificet te. Sicur dedisti ei potestatem omnis carnis, ut quotquot dedisti ei, det eis vitam eternam. Hec autem est vita eternam, ut cognoscant te solum verum Deum & quem misisti

Ioan. 17.

E

Iesum

Iesum Christum. Egregius sanè locus, quo luculenter credentia  
salus & eorum qui Deum filium q̄z cognoscunt, afferuntur. Ingu-  
bitur igitur proprio gladio Huberus. Predicat sanè filius Dei im-  
mensum illud beneficium patris sui, quod in omnem carnem fibi po-  
testatem dederit, quod omnia in manus suas tradiderit, ut si Domi-  
nus rerum omnium, adeoq; vita simul & mortis. Sed indéne conclu-  
des: filium protinus omni carni, quocunq; demum se habeat  
modo, vitam eternam daturum? Que queso hac incepit concludendi  
ratio fuerit: Filius habet potestatem in omnem carnem: Ergo omni  
carni est vitam eternam daturus. Non sic sanè ηγετὰ τρόπου ποι-  
σίας. Attende verò istud, quod omittis Hubere; ut quoique  
dedisti ei, det eis vitam eternam. His verò verbis περιφράστη  
descriptionem electorum contineri, negari non potest. Electi Christo  
à patre dicuntur dati: & conira, dati Christo à patre, sunt & dicun-  
tur electi. His dat vitam eternam, secundum illud: Ego vitam e-  
ternam do oīibus meis, nec peribunt in eternum, neq; rapiet eas quis-  
quam de manu mea. Pater qui dedit mihi, major omnibus est, neq;  
potest eas quisquam rapere de manu patris mei. Et rem sanè ita  
habere, immediate subjuncta verba, sole clariss evincunt: Hac  
est vita eterna, inquit Salvator, ut cognoscant te solum Deum  
verum & quem misisti Iesum Christum.

Ergo qui verum vivumq; Deum ejusq; filium dilectum non co-  
gnoscunt, non plena fiducia invocant & adorant: his non datur  
vita eterna. Immotum enim stat illud, Qui filium non habet, vitam  
non habet: & qui non credit filio, non videbit vitam, sed ira Dei  
manet super eum. Potestas igitur data est filio super omnem carnem,  
ut, qui recipiunt illum, det eis vitam eternam, qui non, judicer eos  
in novissimo die, aeternisq; pénis ob incredulitatem ipsorum subjiciat.  
Adhuc, planissimum nobis facit, electionem non pertinere indifferenter  
ad omnes, sed ad solos credentes, egregium illud Apostoli testimonium  
Rom. 8. Quos præcivit, hos & prædestinavit: quos prædestinavit, hos  
& vocavit: quos vocavit, hos & justificavit: quos justificavit, hos &  
glorificavit. Quid clariss, quid illustrius, de hominis ad vitam eter-  
nam prædestinatione dici aut scribi posuisset? Aurea certè catena  
hac est, cuius annuli singuli, singula suppeditant argumenta. Quos  
præci-

præscivit, inquit Apostolus, hos & prædestinavit. Qui nam verò sunt  
illi præsciti? non sancè indifferenter homines universi. Præscire enim  
hic determinationem aliquam hominum denotat, ratione ejus,  
in quo electio fundata & facta est. At electio facta est in Christo: Er-  
go & præsciti illi dicuntur, qui inveniuntur in Christo. Inveniuntur  
autem per fidem. Protinus igitur ab hac ῥεογύώσει sequestrandi e-  
runt illi, qui fide carent, ideoq; per eam Christo inseri non possunt.  
Quos prædestinavit, inquit, hos & vocavit. Prædestinati igitur, sunt  
in vocatum certi: quò pertinet regula in scholis Theologicis dudum  
recepta & approbata: electi non sunt extra cælum vocatorum queren-  
di. Turca, Iudei, gentiles, sunt extra Ecclesiam & cælum vocatorum.  
Non igitur sunt prædestinati ad vitam æternam, nisi Apostolo in eos ve-  
limus contradicere: Quos vocavit, hos & justificavit. Vocatio sancè  
suum habet ordinem, suamq; mediorum locū adjunctam, per quam me-  
dia Deus in homine vult operari conversionem & fidem, ut per fidem  
imputari homini possit meritum filii Dei, & ita homo in Dei conspe-  
ctu justificari. At nulli justificantur infideles seu in incredulitate per-  
manentibus: Ergo nec hi ad vitam æternam sunt prædestinati. Quos  
justificavit, hos & glorificavit. Ultimus hic prædestinationis termi-  
nus est, salus & beatitudo animarum nostrarum. Atque non omnes  
homines glorificat Deus, nec actu, ut ipse fateatur Huberus, vitam æ-  
ternam consequuntur omnes, sed soli credentes. Soli igitur creden-  
tes ad vitam æternam sunt prædestinati. Quid verò si ita concludas:  
Quos Deus præscivit, hos prædestinavit. At præscivit omnes homi-  
nes. E. omnes homines sunt prædestinati. Proh! Deum immortalem, quò  
nunc? quæ illa est confusio distinctionis inter præscientiam Dei gene-  
ralem & specialem? Siccine licebit specialem in generalem converte-  
re? Cur igitur non sic argumentarer: Quos præscivit Deus, hos præ-  
destinavit. Præscivit Deus Diabulos. E. Diaboli sunt prædestinati.  
Hoc vere ἡπ ἀτὸπων ἀτοπῶτον. Similiter: Quos prædestinavit  
hos & vocavit. At vocati sunt omnes homines. Omnes igitur ad vi-  
tam sunt prædestinati. Respondendum, prædestinationem & vocationem  
non esse ejusdem latitudinis, affirmante Christo: Multi sunt vocati,  
pauci verò electi. Non igitur omnes vocati sunt electi, sed pauci ex isto  
vocatorum numero. Deinde non omnes quovis tempore vocati sunt ho-  
mines (genies n. multa in testamento veteri erant non vocata Ef. 52.)

lib. I de  
prædest.

Matth. 24.

Ioan. 6.

Rom. 8.

Non igitur licebit de omnibus hominibus pronunciare, quod sint prædestinati. Eundem in modum vitiosa argumentatio est, si sic colligas: Quos vocavit, hos & justificavit, Omnes igitur qui vocantur, etiam justificantur, Ordo igitur hic attendendus, & tamen modiorum, qua vocationi subest. Mens item Apostoli probè consideranda. Non enim ad quosvis vocatos, relatam vult Apostolis justificationem, sed ad vocatos prædestinatos sic ut in catena hac, semper annulus sequens præcedentes includat. Sententia igitur est. Quos in Christo præcognovit seu præscivit, hos etiam prædestinavit: quos ita præscitos ab aeterno, prædestinavit ab aeterno, hos etiam in tempore vocavit: quos ita prædestinatos vocavit, hos etiam omnes justificavit: & quos ita ab aeterno prædestinatos in tempore vocatos justificavit, hos etiam glorificavit. Planè ad eundem modum interpretatur hoc Pauli testimonium D. Augustinus. Electi sunt: inquit, ante mundi constitutionem ea prædestinatione, in qua Deus sua futura facta præscivit: electi sunt etiam de mundo ea vocatione, qua Deus id, quod prædestinavit, implevit. Quos enim prædestinavit, ipsos & vocavit, nec alios, sed quos ita vocavit, ipsos & justificavit: nec alios, sed quos prædestinavit, vocavit, justificavit, ipsos & glorificavit. Præterea certum & illud est, quod quicunq; sunt electi, non pereant in aeternum, sed in fide per Dei gratiam, ad vitam finem usq; perseveranter maneat salutemq; consequantur. At vero multi pereunt & condemnantur. Non igitur omnes homines indiscriminatim sunt electi. Probationem si quis requiras, in propinu est: & quidem ex ipsis Christi ore petita, affirmantis, esse impossibile, ut electi inducatur in errorem: in talem inquam errorem, qui fundamentum fidei labefacter, & electorum sortiem in reproborum commutet. Hac est voluntas ejus, qui misit me parvus, ait Christus, ut ne quid perdam ex omnibus qua dedit mihi, sed resuscitem illa in novissimo die. Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas & sequuntur me, & ego aeternam vitam de eis, nec peribunt in aeternum, neq; rapiet eae quisquam de manu mea. Sic Apostolus præclare: Quis inventabit crimina adversus electos Dei? Deus est qui justificat, quis ille qui condemnet? Christus est, qui mortuus est, immo qui & suscitatus est qui etiam est ad dexteram Dei, qui & intercedit pro nobis. Per

ſnafu

suasum omnino mihi habeo, quod neq; mors neq; vita neq; angelis,  
neq; principatus potest aieſve: neq; instantia neq; futura, neq; alienum  
do, neq; profunditas, neq; illa creatura alia poterit nos separare a di-  
lectione, quae est in Christo Iesu Domino nostro. Solidum namq; fun-  
damentum stat, habens signaculum hoc, novit Dominus qui sine sub.  
Hinc est, quod idem Apostolus, finem proprium, ab electione nunquam a. Tim. 2.  
velit separatum. Causa quanam? quia ineptum est affirmare,  
summum opificem, & causarum omnium causam, suo fruſtrari fine.  
Fruſtrabitur autem Deus, si omnium hominum universalem faciat  
electionem, nec tamen omnes illi, sed paucissimi ex numero isto vitam  
& salutem consequantur aeternam. Quid igitur? Quod quaris  
Israel; non est affecitus: electio autem affecuta est. Et quanquam  
hic inter ἐκλεκτὸς καὶ ἐκλελεγμένος conetur distinguere Huberus:  
quia tamen ista grammatica notatio adeo nihil patrocinatur ipsius  
cauſe, ut inconstancia potius ipsum arguat, non puto attinere, in his  
commorari diuitiis. Si enim illud non vnde admittere, quod roties a  
Dn. VVittenbergensibus est inculcatum, ἐκλεκτὸς καὶ ἐκλελεγ-  
μένος eodem significatu accipi, ob id quod in uno eodemq; contextu  
τῶν ἐκλεκτῶν οὐκ ἐκλελεγμένων vox accipiantur συνωνύμως,  
Marc. 13. διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς οὐκ ἐξελέγετο, ἐκολόθωσε τὰς  
ἵμέρας, id est, propter electos, quos elegit, abbreviavit dies Domini-  
nus: connectat mihi conexum Romanorum octavo, in quo sine  
omni ambiguitate τροπογράμμενοι, dicuntur ἐκλεκτοί & conirā.  
Quos enim φεούσι, illos καὶ ἐκάλησε. Et in iiiiis seu ἐπι-  
γεαφοῖς epistolarum, Apostolus seipsum appellat κλητὸν ἀπόσολον  
(non arrogantiæ sanè causā, sed sensu, κεκλημένον ἀπόσολον) &  
verbalia cum nominalibus coniungit: ἦγιασμένοις ὁν Ιησοῦς Χριſτός, 1. Cor. 1.  
κλητοῖς ἀγίοις. Quærur sum ita: τοῖς ἀγίοις οὐσιῷ ὁν ἐφέσοι.  
Sed quid hac ad Andromachen? Lusus est, & puerilis ille quidem  
satis. Progrediamur ad firmiora. Nulli electi (inquit Theologe  
VVittenbergensis in libro Francofurti impresso, quem oppugnat  
Huberus) statuerunt in novissimo die ad sinistram judicis: nec per  
sententiam judicis relegabuntur cum diabolis in ignem aeternum:  
Omnes autem impenitentes & increduli statuerunt ad sinistram, &  
ibuni in ignem aeternum. Ergo, nulli finaliter impenitentes & in-  
E 3 creduli

creduli sunt electi. Quid respondeat Huberus, ex libro ipsius patet: sed tam est ea responsio frigida, ut ne quidem libeat attingere. Complura alia, in eo quem dixi modo libro, adversus electionis universitatem, propriè ita, ut vult Huberus, dictam, proferuntur argumentos, ad quacum solidius respondere debuisset, καὶ σφύγεται tanquam quæsivii, & à vero examine argumentorum Lectorem ad peregrinacionem deducere conatur est.

Sed non immorabitur his longius, argumenta Huberi pauca, & ea quidem præcipua, breviter dispiciemus. In prima præcipuorum argumentorum acie video istud collocari, quod ex loco ad Ephes. 1. est petuum: Elegit nos in Christo, inquit Apostolus, ante jacta fundamenta mundi, ut essemus sancti & irreprehensibiles. Ex quibus verbis varia, cum in libellis impressis, tum alibi rexit Huberus. Electio illa facta est in Christo, inquit: In Christo autem nulla est separatio. Ergo electio in Christo facta, admittere separationem nullana potest. Quid verò si totum hoc demus, quod Syllogismo præsenti comprehenditur? Electio namq; qua in Christo fit, non pertinet ad omnes indiscriminatim homines, sed tantum ad eos, qui per veram fidem Christo sunt inserti, & in ista quoq; fide constanter perseverant. Horum affirmamus nullam esse vel inter se vel à Christo separationem: quandoquidem omnes illi, qui in Christo sunt electi in die novissimo ad dextram salvatoris nostri colloquabuntur, retractis reliquis ad levam. Non igitur est quod querat Huberus separationem illam in Christo vel etiam in Dei voluntate antecedente: sed causam ejus si rite velut investigare, querat in hominibus ipsis, & animadverteret, ab instrumento fidei & ei opposita incredulitate separationem illam dependere. Quia enim alteri sequuntur institutionem mediorum que ad Christum deducunt fidemq; conferunt, alteri eorundem mediorum τοξιψ negligunt, coniennunt, rident, repudiant: inde adeo sit, ut ingens sit inter pios & impios, fideles & infideles, penitentes & impenitentes discrimen. Quo constiuit. separationem nolit, velit, concedat Huberus necesse est. Et qui queso separationem hanc neget Huberus, cum ipse in speciali sua electione eandem evitare nequeat, & tamen fateri cogatur, etiam electionem specialem in Christo esse factam. Sed ait: particularuer loqui non posse Paulum, nisi cum Calvinistis dicamus Christum particulariter

Th. S. Brun.

pag. 33.

pag. 6.

lariter missum & destinatum esse mundo. At inquit, vir Bone,  
qua hæc consecutio est? argumentaris ab insufficienti partium ad elo-  
ctionem requisitarum enumeratione, ut ferè semper. Hoc enim te im-  
pedit unum, quod ordinem mediorum & ea qua ad Tocqy illam divi-  
nitus institutam spectant, tam procul ab oculis suis removeas, causasq;  
electionis disceras & mutiles, sine quarum tamen conjunctione elec-  
tio definiri aut considerari nequaquam debet vel potest. Et quid  
respondebis ad "vscorū illam Dominorum VVittenbergensum: ju-  
stificantur & salvantur soli credentes, relictis incredulis & impani-  
tentibus: Ergone dicendum cum Calvinianis, Christum particula-  
riter mundo, seu paucis duntaxat individuis hominum a patre in  
mundum emissum? Non utiq; fateberis. At pergit: In Christo seu  
per Christum eligi, respicit vulnera & mortem Christi, quibus redem- pag. 60  
pius est totus mundus. Cedò quid infers? Ergo omnes homines in  
Christo ad vitam & salutem aeternam sunt electi. Elenchus scilicet  
idem qui ante. Si enim Deus in eterna sua electione tantum re-  
spiceret vulnera & mortem filii sui, meritumq; per mortem illam  
partum, quod sane redimendo mundo universo est sufficientissimum,  
nec ordinem aliquem alium institueret, per quem ad Christum filium  
(in quo electio facta est) homines velit deduci, sic ut qui fide cum re-  
cipiant, sint & dicantur filii Dei, reliqui vero in incredulitate per-  
manenties, hostes crucis Christi: obtineret, quod vult Huberius. Quia  
vero non omnes homines ad vulnera Christi econfigiunt, sed maxima  
pars hominum adhuc eundem Christum in membris suis vulnerare  
inititur: idcirco sanè inepit & insulte propriæ vulnera Christi, omnes  
homines, etiam hostes istorum vulnerum, ad vitam & salutem aet-  
ernam electos esse affirmat Huberius.

Et profero hic rursum "vscorū VVittenbergensum: In  
Christo aut per Christum justificari respicit vulnera & mortem  
Christi, quibus redemptus est totus mundus. Ergo justificatus &  
salvatus totus mundus. Certo siquidem certius est, aquè in ju-  
stificationis atq; in electionis negotio meritum CHRISTI vigere:  
Quod si sit ex solo inuitu redemptionis universalis, universus  
mundus ad vitam aeternam dicitur electus, cur non & idem  
eandem ob causam, universus justificatus, sanctificatus, salvatus?

Terrimus

Ibid. Tertium addit, desumptum à fine, Huberus: Electi sumus ut esse-  
mus sancti & irreprehensibiles: quod sane ad nullam restringi  
potest paucitatem vel particularitatem. Omnes igitur electi,  
ut sint sancti & irreprehensibiles. Respondeo, rursum hic committit  
confusionem causarum & mediorum. Finis enim electionis, duplice  
consideratur modo: altero respectu Dei, altero, respectu nostri. Re-  
spectu Dei, electi sumus in adoptionem filiorum per Christum Iesum,  
ut simus in laudem gloriae gratiae Dei, qua dilexit nos in dilecto. Vult  
enim Deus in hisce terris colligere sibi Ecclesiam electorum, non qua  
promiscua constet omnium hominum colluvie, seu credant, seu non  
credant, seu filium agnoscent seu non agnoscant, seu recipiant eum seu  
repudient: sed talem Ecclesiam, quae se submitat fascibus imperii filio  
Dei, patiatur se duci ac regi verbo; agnoscat bonitatem & φιλαν-  
θεωπίαν Dei immensam, ejusq; opulentam gratiam, cum omnibus  
electis angelis, in omnem aeternitatem laudee ac celebret. Respectu  
nostru, finis iste est, ut simus sancti & irreprehensibiles, regenerati quip-  
pe ex aqua & Spiritu, & ita conditi in Christo Iesu ad opera bona,  
qua preparavit Deus, ut in eis ambularemus. Quid vero haec qua-  
so re vel minimum ad astruendam electionem, quam, docet Huberus,  
faciunt, universalem? & urgeo hic iterum, ut antea: Iustificare  
nos Deus & saluat hoc fine, ut simus sancti & irreprehensibiles coram  
illo. Vult autem, ut omnes homines sint sancti & irreprehensibiles.  
E. omnes iustificari & salvati? ἀπαρέστως οὐκ ἀθεολόγως. Progre-  
ditur ulterius, Huberus, hunc in modum ratiocinans: Locus ille  
Ephes. 1. in eadem est sumendum quantitate, qua sumitur alter capit.  
quinto: Christus dilexit nos & tradidit semel ipsum pro nobis. Qui-  
pag. 7. cung; enim sunt comprehensi sub hac dilectione Christi iidem compre-  
henduntur sub isto complexu, ubi Deus dicitur nos elegisse in hoc  
Christo pro nobis tradito, ut vitam in ipso habere possemus, & in eadem  
quantitate, qua in ipso aut per ipsum electi sumus ad vitam, eadem  
per ipsum sumus redempti a morte. Facit hic Huberus terminos con-  
vertibiles: diligi a Christo: redimi a Christo: & eligi a Deo ad vi-  
tam salutemq; eternam: & ita elenchum disparatorum committit.  
Confundit enim ea, qua inter se revera sunt distincta.  
Quo vero modo, mundus a Christo sit dilectus & ab eodem quoq;  
redem-

redemptus, nec tamen universus ad vitam cœlestem ele<sup>ct</sup>us, ad argu-  
mentum dicetur secundum. Modò quòd urget voculam nos, quam  
ancè quoq<sub>z</sub> thesibus permultis ad universitatem electionis voluit pertra-  
bere: nullius momenti esse dicimus. Etsi enim hac subjuncta ratione  
obtinere sibi aliquid videatur, quod vocula illa sedem suam habeat  
cum Christo, qui si vita totius mundi & in quo omnes homines sine  
absq<sub>z</sub> ulla partitione ex aequo ut redempti à morte, ita eadem consilio &  
instituto Dei electi ad vitam. Hic verò miror sumperò, Huberum  
nihil attendisse ea, que antehac à Dn. Theologis VVittenbergensibus  
ei ad hac fuerunt responsa, aut si attendit, nil adferre aliud quo responsum  
illud Theologorum infringatur & enervetur. Etenim, si contextum  
ipsum Apostoli penitus introspiciamus, videbimus, electos ibi  
eiusmodi insigniri notis, quæ citra palpabilem absurditatem nequaquam  
possint infidelibus hominibus accommodari. Vocat enim Electos illos  
sanctos & fideles: appellat benedictos in omni benedictione spi-  
rituali: adscribit illis uiobetia<sup>p</sup> seu adoptionem in filios: nominat  
nexa etiā p<sup>l</sup>urimis, id est, acceptos Deo, seu gratos ipsi redditos & in  
gratia ipsius constitutos: pronunciat de iis, quòd habeant remis-  
sionem peccatorum. Quæ & consimiles nota alia, cum indubita-  
tam inferant electorum significatio: haud obscurè sanè intelligitur,  
absurdè locum istum ad omnes ejam hostes Dei & infideles extra Ec-  
clesiam positos detorqueri. Quodq<sub>z</sub> addit, sedem particule nos con-  
junctam cum Christo, nihil causam Huberi promovet. Elicitur enim  
illud potius, intelligendos hic solos credentes, qui soli per fidem cum  
Christo sunt conglutinati. Nec sanè id protinus erit asseverandum:  
ubicunq<sub>z</sub> cum Christo conjungitur vocula nos, denotatur hominum,  
cum piorum tum impiorum universitas. Sic enim & in justificationis  
arq<sub>z</sub> salvationis negotio pari liceret conciliudere modo: Christus dilexit  
nos & lavit nos à peccatis nostris per sanguinem suum & fecit nos re-  
ges ac sacerdotes Deo & patri suo. Per nos intelligit homines. Er-  
gōne universos? & μαρθάνω. Nequaquam enim Theologus ullus sin-  
cerus dixerit, ejam Iudeos, Turcas, Epicuraos, gentiles, esse regale il-  
lud sacerdotium, de quo Ioannes ibi loquitur. Consimiliter: Per gra-  
tiam Domini nostri Iesu Christi credimus, nos salvos futuros. Nos,  
id est, omnes homines? & μαρθάνω. Scopæ sunt dissolutæ, quas ut fir-  
missim colligit Huberus necesse est.

F

Se-

Secundum argumentum Huberi principale, desumitur ex capite eodem Apostoli, Prædestinavit nos, inquit Paulus, in Christo, ut adoptaret in filios per Christum Iesum in se, juxta beneplacitum voluntatis sue, ut laudetur gloria gratia sue, qua charos reddidit nos per illum dilectum. At vero torum genus humanum in dilecto suo dilexit Ioan. 3. & dilexit in hunc finem, ut per eum viveremus, i. Ioan. 4. Quousq; se ergo extendit dilectio, eo usq; etiam electio: uiring; ad eum finem, ut in Christo vitam atq; salutem habeamus. Quid hic dudum etiam responsum sit, tam probè atq; digitos suos novii Huberus, nec tamen ullam responsonis istius solidam confutationem adferre potest. Inesse, (inquit VVutenbergenses) huic argumento elenchum equivocationis & φαστεως. Confundit enim gradus dilectionis Dei erga homines. Alia dilectio Dei est generalis, qua universum genus humanum ita prosequitur, ita amat, ita complectitur, ut ne proprio quidem parcat filio, sed ex immensa sua misericordia ac φιλανθρωπia propiciatorem ipsum mutat pro peccatis nostris generis humani, eumq; cruci affigi & mori patiatur, ut per meritum passionis istius sacrosancta, mundus cum Deo reconciliari & eterna porro beatitudine, quam per peccatum amiserat, frui posset.

De ista dilectione generali loquitur Ioan. cap. 3. Sic DEVS dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret ut omnis qui credit in eum, non pereat sed habeat vitam æternam. Alius vero gradus aliuq; modus est dilectionis Dei, qua solos credentes ex humanum promiscua multitudine prosequitur. Eos enim cum inveniat in filio dilecto, cui per fidem sunt inserti, amore speciali & singularissimo quoq; prosequitur, gratia cuius filii appellantur Dei, adoptati in gratiam omniumq; bonorum cœlestium heredes. De his sonar locus Ephes. 1. ut ante quoq; est monstratum. Qui vero queso sine fide in filio invenirentur impenitentes, cum impossibile sit sine fide placere Deo, Hebr. 11. Adde, quod voce ιχαγιτωσεψ utatur Apostolus, qua sane electos in gratiam Dei receptos esse affirmat, extra quam Iudeos & Turcas, quicquid tandem differatur in hoc negotio omniesq; adeò fide carentes, positos esse, tam est manifestum & evidens, quam quod manifestissimum evidentissimumq;.

Quod vero Huberus dilectionis hosce gradus non attingit, parciit suo

cis suo dogmari: cum alias bene eos discernere noverit, & in speciali  
quod sua electione fateri cogatur, aliud esse placere Deo proprie  
Christum, in quo nos dilexerit cum adhuc sine fide & inimici ipsius  
essemus; alia autem esse frui isto beneficio, atq; eo modo, in am-  
plexanda gratia, Deo placere: quod aliter quam per fidem fieri ne-  
queat. Si igitur hic gradus nonnullos amoris divini intelligit, cur  
non & in altero (ni dogmati metueret) eosdem cum intelligeret, cum  
probaret & admitteret. Nec juvat ipsum quicquam productum ex  
1. Ioan. 4. testimonium: In hoc apparuit charitas Dei in nobis, 1. Ioan. 4.  
quod filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus  
per eum. Plus enim subinfert Huberus, quam ex hoc loco subinferri  
potest. Deus misit filium ut vivamus per eum: ergo omnes electi su-  
mus ad vitam: ergo omnes, inquam, vivent per eum & actus salutem  
& vitam consequentur. Hoc verò non dederit Huberus: ergo nec al-  
terum dandum. Eisi enim hac Dei voluntas est, ut omnes vivant  
per filium, siquidem non venit in mundum filius Dei, ut mundum  
condemnet aut iudicet, sed ut mundus servetur per eum: tamen non  
Dei sed hominum culpa, finis ille intervertitur. Qui enim credit in 1. Ioan. 3.  
eum, non condemnatur: qui verò non credit, jam condemnatus est,  
quia non credidit in nomen unigeniti filii Dei. Differit porro Huber-  
rus de patefactione voluntatis divinae: Sed quid haec prodogmate elec-  
tionis universalis? suo nempe se jugular gladio. Non enim id nobis  
patescere curavit Deus, elegisse se omnes homines sine ulla discretione  
ad salutem & vitam aeternam: nec illud etiam; daturum se omnibus  
hominibus quomodo cunq; se habentibus vitam & salutem aeternam:  
sed alterum; Quotquot receperunt eum (Christum Meschiam)  
dedit eis, ut liceret filios Dei fieri, videlicet his qui credidissent  
in nomen ipsius. Progreditur ultius ad ἀναφέλεσιν il-  
lam, de qua Apostolus ibidem, ut summatim, inquit, instauraret omnia  
per Christum & que in caelis sunt & que in terra per eundem, per quem  
& in sortem seu hereditatem asciri sumus, predestinati secundum pro-  
positum ipsius, cuius vi sunt universa. Vbicunque igitur (argumen-  
tatur Huberus) propter instaurationem omnium, que in caelo & que  
in terra sunt, factam, per Christum omnia reconciliantem dicio-  
musr predestinati, ibi universalis omnium statuitur electio.

R.o.n. 5.  
Ephes 2.

F 2

Dudum

Dudum vero & ad hoc argumentum à VVittenbergensibus per "euse-  
tiū à justificatione sumptam, fuit responsum. Eadem namq; ratione  
justificatio quoq; foret universalis: quandoquidem id negari non de-  
bet, pendere & justificationem nostri, ab ἀναφελωσει illa, gra-  
tia cuius in Dei conspectu consistere, perq; imputationem fidei, justi-  
tiam Christi induit, justi haberi pronunciariq; valeamus. Et cum  
Apostolus ibidem, remissionem peccatorum, non minus effectum instau-  
rationis illius faciat: quid alind hoc ratiocinandi genere inde conse-  
querur quam quod & omnibus illis, qui sub electione universalis sunt  
comprehensi, venia & remissio peccatorum reapse & facto, seu credane  
seu non credant, foret tribuenda. Nec illud potest ignorare, sub ge-  
mino respectu, instauracionem illam à Theologis VVittenbergensibus  
considerari: altero, quo Christi attenditur meritum, sicut ad totius  
mundi instauracionem & reconciliationem sufficiat: altero, quo quisq;  
per fidem, restorationis istius beneficium apprehendit. Nihil igitur  
& hac ad stabilendam electionem universalem, fundamenti solidi ha-  
bent. Pratereo multa, & pro temporis duntaxat ratione, panca de-  
libo. Videamus igitur aliud: Quoniam beneplacitum voluntatis Dei  
extenditur, ut laudetur gloria gratiae suae, consq; etiam predestinationis  
cum beneplacito extenditur. Ad omnes vero homines extenditur  
beneplacitum Dei, ut laudetur gloria gratiae Dei. E. ad omnes ho-  
mines quoq; extenditur predestinationis. Maxima profectio hoc ar-  
gumentum laborat infirmitate. Seu enim beneplacitum istud Dei re-  
spicias in se, seu finem, qui est, laus glorie gratiae divinae, nullum hic  
Huberus, firmum in causa sua habet præsidium: quandoquidem co-  
ram Deo hæc est ipsius εὐδοκία, ut elegantur contempta mundi, ne-  
glectis iis, quæ coram illo apparent eximia atq; præstantia. Quo mo-  
do hanc ipsam εὐδοκίαν Christus non ad universum mortalium ge-  
nus, sed ad solos auditores obsequentes doctrina Evangelica refert.  
Math. ii. Gratias ago tibi pater, domine cœli & terra, quod hæc abs-  
conderis à sapientibus & prudentibus & revelaris ea parvulis: volé  
δὲ τὸτης δὲ τῶς ἐγένετο εὐδοκία εὐπρόδεπ του certè pater  
sic fuit beneplacitum seu bona voluntas apud te. Et sanè negari  
non potest, quin etiam juxta eandem εὐδοκία & beneplacitum Dei  
homo justificetur salveturq; indēne igitur affirmabimus, homines  
omni-

omnino omnes, seu credant, seu fide sint vacui, justificari, & post justificationem salvari? Minime certe genium. Quod vero finem attinet, ut laudetur gloria gratiae sue, est is non minus justificationi argumentum salvationis communis: quandoquidem etiam eum in finem justificamur, salvamurque, ut laudetur gloria gratiae divinae, nec tamen justificatio & salus contingit omnibus, sed solum in Christum Iesum credentibus. Ineptum igitur simul & absurdum est, connectere principium electionis (<sup>εὐδοκίαν</sup> Dei inquam) cum fine electionis, qui est gloria gratiae divinae, omissis mediis, quibus ad istum finem pervenitur, hoc est, vocatione, justificatione & Christi salvifica agnitione. Hac autem a Dn. Theologis, ut bene novit Huberus, responsa sunt: nec tamen ipse quicquam, quo respcionem illam vel labefactasse vel prorsus convertisse visus sit, adhuc quidem in medium attulit. Argumentatur porro Huberus a conjunctione propositi & consilii Dei cum voluntate ejusdem erga omnes homines clementi: conjuncta haec, inquiens, voluntatem faciunt electivam universalem aut quod idem est, praedestinationem universalem. Ipsa igitur praedestinatio fuerit universalis. Non ita argendum profecto. Primo namque obscurè loquitur, affirmando, per conjunctionem consilii & propositi fieri voluntatem Dei electivam, cum voluntas Dei non feratur aut vagetur temere, sed ex eminentissimo sapientia divina principio omnia disponat, ordinet, collocet. Deinde, quodnam intelligit propositum, quodnam consilium? nonne illud quod est de salute seu salvatione nostra? hoc vero est ita comparatum, ut nunquam evincere universitatem illam possit. Nunquam enim decrevit Deus, nunquam proposuit, nunquam consilium id init, ut omnes pariter homines, seu credant, seu non credant, ad vitam eternam traducantur adiungque salventur. Hac est voluntas ejus qui misit me, inquit filius ipse, ut omnis qui viderit filium & credit in eum, habeat vitam eternam, & ego resuscitabo eum in die novissimo. En Huberum, proprio percussum gladio. Cur enim discerpit queso ista, qua ad universam salutis nostrae cum procurande tum complenda τάξιν requiruntur? Vixque non est, quod de tali cogitet propositio quale sibi imaginatur: propositio inquam salutis nostrae, in quo non simul & satisfactionis a Christo pro peccatis totius generis humani praefite, & fidei quoque respectus involvatur. Non enim Deus proposuit sic nos in filio

Ioan. 6.

eligeret ad salutem ut ab aeterno tantum intueatur filii meritum, reliqua  
vero, que ad perficiendam in nobis salutem faciant, (velut agnitus  
Christi, fides, & in eadem perseverantia) in temporalem rejicit even-  
tum & applicationem. Quibuscumque (pergit Huberus) salutifera  
Dei gratia apparuit, quae salutem afferte, eos ad salutem electos &  
prædestinatos fuisse, manifestissimum est. Atque apparuit gratia  
Dei salutifera omnibus hominibus. E. omnes homines ad salutem  
electos & prædestinatos esse certum est. Respondeo, hic rursum confun-  
di mysterium electionis cum opere redēptionis: deinde discerpi &  
mutari ea, quae erant conjungenda. Apparuit gratia Dei salutifera  
per missionem filii, qui eum in finem venerat in mundum, ut servare-  
tur mundus per eum. Non autem hinc licebit concludere: ergo,  
propter hanc filii missionem omnes dicendi sunt electi: haud secus atq[ue]  
concludere non licet: Apparuit per missionem filii & satisfactionem  
pro peccatis totius mundi, salutifera gratia Dei quae affert salutem.  
E. manifestissimum est, omnes eos, quibus apparuit hec gratia, adhuc  
ut salventur, electos esse atq[ue] prædestinatos. Quæ enim hic quoq[ue] ra-  
tio diversitatis? Si enim propterea toti illuxit mundo salutifera gratia  
Dei, quia in antecedente Dei voluntate omnes erant electi & prædesti-  
nati: cur non eadem audacia affirmarem & hoc: quia in antecedente  
Dei voluntate, ut omnes re & facto salutem consequerentur omnes  
erant electi & prædestinati. Etenim non posset hic esse eventus ita du-  
bius atq[ue] illic: ac proinde verius ob certitudinem salutis, gratia hec  
Dei, salutifera posset appellari. Quod si vero nobis non concedet  
Huberus (ut certè concessurus non est) neq[ue] & nos concedemus illi  
alterum. Plus igitur infert, quam oportebat. Istud sequitur: inno-  
euit gratia Dei salutifera: ergo antequam innotesceret, erat. Hoc ve-  
ro nobis non adversatur: quia & nos gratiam divinam omnis elec-  
tions fontem & simul ad universum genus humanum universalem supra  
statuimus. Ceterum quia per hanc gratiam solam non dicimur elec-  
ti, sed ad complementum electionis requiritur insuper meritum filii,  
& fides, inq[ue], fide perseverantia: idcirco affirmamus, in hoc Huberi ar-  
gumento discerpi ea, quae non erant discerpenda, ac proinde cum Theo-  
logis VVittenbergensibus dicimus, supplendum esse propositionis defea-  
ctum hoc modo: Quibuscumque salutifera apparuit gratia illa Dei, quae  
adfera

adferit salutem, & qui eam gratiam recipiunt & admittant: hi sunt ad salutem aeternam electi & praedestinati (pracogniti quippe Deo, nisi omnem τρόπωσι ex scriptura velit expungere Huberus) quod salutiferam Dei gratiam per media oblatam non repudiatur, sed operauione Spiritus sancti recepturi essent: Iam verò non omnes admittunt aut recipiunt: aut si receperunt, multi eam denuo amittunt. E. non omnes ex aequo (penitentes & impenitentes) ad salutem & vitam aeternam sunt praedestinati.

Sed quò provokor? Debebam sane & de reliquis, qua ab ipso prolata sunt argumentis, aliquid commonere, sed quia clepsydra dum elapsa est, & vestra quoq; humanitatis habenda ratio: vela coniubam, & si tribus verbis de usu universalis electionis monuero, colophonem imponam. Objicit Huberus, nullam ex consideratione electionis particularis consolationem, ad hominem, praesertim verò in agone mortis constituentem, redundare posse: quia hæc ipsa particularis electio videatur omnem vim promissionibus universalibus adimere: fides item requirat objectum universale non particolare? Certe, ut quod res est, dicamus: Si Theologi VVittenbergenses, ex absoluto Dei vel amore vel odio, cum Calvinianis, particularem extruerent electionem, qua in sola Dei voluntate antecedente verteretur, & qua nonnullos simpliciter Deus ab omni gratia agenda penitentia & consequenda salutis rejectos velleret: nonnullos verò itidem simpliciter, occulto quodam decreto, electos: nulla proorsus habita ratione causarum reliquarum, qua electionis mysterium, ut in scripturis illud est perfactum, ingrediuntur: concedimus facile, consolationem firmam ex electione particulari ita extructa, hauriri non posse. Quandoquidem verò hi nostri, non harent in absoluto quodam & occulto decreto, sed universum electionis ordinem, mediorumq; qua ad ordinem istum spectant, tamen conjungunt: idcirco saluberrimè doctrinam electionis propondere, firmissimaq; consolatione, ex ea, hominem perurbatum possunt erigere. Novimus enim, promissiones esse universales, gratiam esse universalē, vocationem esse universalē: & quidem non hæc, una ex parte simulata, ex altera seria: cum talis in Deum non cadat ἀπόστολος, ut suprà est demonstratum: restat igitur ut homini istas promissiones inculcemus, qua fidei ἀπόστολος habent inclusam: Sic Deus dilexit mundum ut omnis qui credit in filium non pereat, sed habeat vitam aeternam.

Hans

Hanc fidem per verbum Deus & excitare vult & per idipsum  
enā cum pia Eucharistias usurpatione augere, sic ut & manum sit sup-  
positurus & perseverantiam fidei clementer concessurus, qua fatus ho-  
mo peccator certissimè de sua salute possit statuere: At contra verò,  
qua quæ consolatio ex universali potest promanare electione & Quid  
profuerit mihi scire, Deum elegisse omnes homines ad vitam eternam,  
hoc est, fecisse electionem talem, sub qua & Iudas, proditor Christi,  
Nero, Caligula, Arius, Eutyches, Nestorius, Cerinthus, Ebion & re-  
liqua hominum monstra comprehendantur. Terrebit me prius hac  
quam consolabitur electio. Ut igitur solidam & firmam consolatio-  
nem adferre queat Huberus, non est ut à priori seu antegressa Dei  
voluntate incipiat concionari, sed à posteriori, hoc est, ex verbo Evan-  
gelii ejusq; promissionibus fidei hypothesin habentibus, animum con-  
stitutum erigat, deg; spe salutis aeterna faciat certiorem necesse est.

Te igitur studiosam juventutem diligenter etiam atq; etiam  
admonitam volo, ut ne temere aut præcipitanter quicquam de sublimi  
hac controversia judices, sed ductum eorum sequaris, qui sanctè in se  
tua erudiende provinciam suscepere, fugias uirumq; quod in extrema  
impingit de prædestinatione dogma; regiam viam observes & totum  
electionis ordinem integrum mediorumq; Tās ip sartam tactam conser-  
ves. D E V M aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi ex in-  
simo pectore oro, ut sanet Ecclesiæ vulnera, inhibeat conatum pseudo-  
prophetarum, doctores omnes spiritu pacis donet, ab erroribus cle-  
menter nos tueatur, consolationem firmam & validam per  
spiritus sui sanctissimi operationem in nobis exusciter  
eamq; confirmet, & tandem ad electionis & præ-  
destinationis nostræ finem optauissi-  
mum nos perducat.

D I X I.



99 A 6909



SL

VD 17


Rehö

Fl. 69.



# Farbkarte #13

B.I.G.



17

